



zamente, y luego díjimo que del otro c-
stillo respondian con pbro : y causandole
alguna sospecha de que fuesen señas d su
venida, botio la cabec, ir por la
dózella q : quis quedare, y vio
la q apartada con el no, dava
grandes vozes, y dezena -
marte salid salid afue, es aquel ca-
yallero nouel q corto los braços d nro pa-
dre. E como esto oyese, luego cayo en q
era engañado por la dózella, y q alli estat-
ua armada alguna trascion: delo qual nin-
guna cosa le peso, como aquel que ya te-
nia la vida aborrecida: mas muy animoso
y consolado leuanta los ojos al cielo, di-
ziendo. Tu señor perdona el anima y ave-
piedad della, pues fuere demida co tā ca-
ro precio, q del cuerpo no tengo porq do-
lerme, pues le viene la muerte en tā buen
tiempo. E diciendo esto, passo adelante, y
al cabo de vn buen rato que estuuo espe-
rando



11
12
13
14
15

que no ay cosa que mas acorte la vida q
esperar con temor donde puede suceder
el contrario delo que se espera. Esta el co-
raçón suspenso,atribulado,atormentado,
temiendo y esperando juntamente.No ay
hora que no se haga vn dia,ní dia que no
parezca vn año.Seran vigilias para mi to-
das las noches,y cōtare las horas de vna
envna,esperando quando sera aquella ale-
gre y muy gozosa q te viere entrar por la
puerta:y quando ya vea la luz dela maña-
na tornare a esperar de nuevo la sigüete
noche,porque enella esperare q sera encu-
bierta tu venida.De aqui contare tus pas-
fos,pensare en tus caminos,temere tus pe-
ligros,y jamas pensare sino en quādo esta-
ras delante de aquel soberano cauallero,
y le pondras esta mi carta en sus manos.
Delo qual jamas estare cierta,ní pēsare q
ha de ser tal mi vētura,hasta que cō la ve-
nida de entrabmos salga dela dudosa y ter-

Del Col. de la Com. de Ihs. de Granada
ELENCHVS R-5152

COMMENTA

RII IN PENTATEV
CHVM H̄I ERON YMI
AB OLEASTRO.

Seu prius eorum quæ ab auctore acute, & pru-
denter in hoc libro considerantur, singulis Euan-
gelijs quæ per annum decantantur & prædicantur,
tan de tēpore quam de sanctis, accura-
ta accōmodatio; omnibus verbi diuini
cōcionatoribus vtilissima.

Auctore fratre Antonio de Azeuedo. Rectore Collegij sancte.
Guillelmi Barci. ordinis sanctissimi P. Augustini, casta.



Cum licentia ex Typographia Iacobi Cendrat.
Anno Domini. M.D.LXXXVIII.

Facultas admodum reuerendi patris fratre
Gasparis de Saona magistri in sacra
Theologia, Prouincialis dignissimi huius
prouinciae Aragonie coronae, con-
cessa autori ut hic Elenchus
typis mandetur.

EGO frater Gaspar de Saona magister
in sacra Theologia prouincialis Arago-
niae ordinis sanctissimi P. nostri Augustini
Do facultatem frati Petro de Malon magis-
tro in sacra Theologia priori conuentus no-
stri Barcinonensis, ut Elenchum commenta-
rij in Hieronymum ab Oleastro, editum a P. fra-
tre Antonio de Azeuedo Rectore nostri Cola-
legij S. Guillelmi eiusdem ciuitatis legas,
atque si dignum editione iudicauerit, mea au-
toritate & presentiarum literarum tenore
concedo, ut typis mandetur, & vt in lucem
prodeat. Datum Barcinone in conuentu no-
stro S. Patris nostri Augustini die 24. Men-
sis Julij Anni. 1588.

F. Gaspar de Saona

S 2 Appr

Approbatio admodum reuerendi patris
fratris Petri de Malon sacræ Theo-
logiæ magistri, & coenobijs S.P.N.
Augustini Barcinonen-
sis Prioris.

EGO frater Petrus Malon sachræ Theo-
logiæ magis. Prior conuentus Sancti Pa-
tris nostri Augustini in Barcinoñensis, iussu ad-
modū reuerendi P. F. Gasparis de Saona ma-
gistro sacræ Theo. prouincialis ordinis ere-
mitarum Sancti Augustini in prouincia Ara-
goniæ. Vidi quoddam opus, cui titulus est, E-
lenchus cōmentariorū in Pentateuchū Hie-
ronymi ab Oleastro; seu potius eorum, quæ
ab auctore acute & discrete in hoc libro con-
siderātur, accōmodatio sanctis Euāgelijs, quæ
per annū decantantur, & p̄dicātur. Editā ab
admodū reuerendo patre fratre Antonio de
Azeuedo Rectorē Collegij sancti Guillelmi
eiustidē ordinis, & ciuitatis. Et nihil in eo repe-
ri, q̄ nostræ sacræ fidei & bonis moribus con-
tradicat, & utile fore verbi Dei concionatori
bus iudico. In quorum fidem manu propria
nomen meum subscripti, in dicto conuentu
Die octaua Junij. 1588.

F. P. Malon.

Approbatio admodum reuerendi patris
fratris Iosephi Serrano sacræ Theo-
logiæ Doctoris, & Prioris con-
uentus Carmelitarum
Barcinone.

Ego frater Iosephus Serrano, sacræ Theo-
logiæ Doctor, ac Prior conuentus Carme-
litarū ciuitatis Barcinoñ. Ex cōmissione Il-
lustrissimi ac Reuerendissimi D. D. Ioannis
Dymē Loris, diuinæ & Apostolicæ sedis gra-
cia Barcinonen. Episcopiatque S. C. M. Con-
siliarij. Quam accurate potui Elenchum quæ
dam perlegi. Eorum omnium, quæ a doctissi-
mo Hieronymo ab Oleastro, in Pentateu-
chum accutissime dicta sunt: & Euangelijs
totius anni magna prædicatorum verbi Dei,
utilitate & commodo, sunt elegantissime
aptata Reuerendi patris fratris Anthonij ab
Azeuedo, instituti d. Augustini, atq. Euange-
licæ doctrinæ, predicatoris eximij, summo
studio consumptum. In quo quidem Elen-
cho, nihil meo iudicio visum est, quod aut sa-
cræ scripturæ, aut fidei sanctionibus, aut Ro-
manæ Ecclesiæ, dogmatibus pugnare videa-
tur. In quorum fidem meæ approbationis te-
stimo. ¶ 3

scrimoniū, propria manu subscripti. Barci-
tione in conuentu nostro Carmelitico Die, 9;
Junij. 1588;

F. Iosephus Serrano.

Facultas data auctori ab admodum Illustris
& Reverendissimo Domino D. Iohāne
Dymas Loris episcopo dignissimo
Barci &c. Vt hic Elenchus
typis mandetur.

NO S Iohannes Dymas Loris Dei & sancte
sedis Apostolice gratia episcopus Barcinon-
ensis &c. approbationib^z predictis hui^z li-
belli cui titulus est Elenchus comentariorum in pen-
tateuchum Hieronymi ab Oleastro editi ab admodum
reuerendo P. fratre Antonio de Acevedo Reclere Col-
legij sancti Guillelmi eiusdem ordinis inciuitate Bar-
cinonis, concedimus licentiam imprimendi, & diu-
gandi eū in nostra dioceſi. Dat. Barcinone in pala-
cio nostro Episcopali die, 10. Mōsis Junij anni, 1588.

I. Eps. Barcinone

ADMODVM
ILLVSTRI ET REVE-
RENDISSIMO DOMINO
D. Iohāni Dymas Loris episcopo di-
gnissimo ciuitatis Barcinonēsis
frater Antonius de Aze-
vedo. S. P. D.



ON sine diuina prouiden-
tia factum esse arbitror. An-
tistes optime, atque præsta-
tissime, vt cum vehemens
ter quidem cuparem, ali-
quo insigni arguento testatum relin-
quere studium erga te meum, nunc se se
occasio ipsa obtulerit, vt si quando tibi
vlo meo officio persuadere potuisti, sum
mam meam inte obseruantiam esse, (co-
tendi equidem semper plurimum, vt hoc
tibi probarem) nunc inte colendo me
non modo firmum, verum etiam cen-
stantem esse, certo existimares. Quare,
cum haec iam increbuerit consuetudo, vt
ijs, aquibus magna beneficia accepimus,

& de quibus optime sentimus, dicata esse & eorum nomine insigniri nostra scripta cupiamus, ut eorum præsidio muniti, inuidorum calumnias expellere, istis alienæ gloriæ, & famæ contemptoribus frenos iniucere, audaciam coercere, & continere possimus. Si hæc tuo nomine inscripta in lucem edere constituam, in explicada consilij mei ratione, neminem sum arbitratus, ita mihi iniquum futurum, quin illi, ubi intelligeret, quem ego virum ijs edendis mihi patronum delegissim, faciliter hoc ipsum meum consilium probarem. Offero igitur tibi, præful amplissime, hunc mearum vigiliarum fructum, quæ assiduo labore mihi comparaui; offero hoc meorum laborum præmium; offero hoc meum exiguum munus (cuiusmodi mea munera esse solent) ut tuo præsidio comprehensum, acerrime ab inuidoru obtrectationibus vindicetur: cumque tuo maximo, atque amplissimo nomini inscriptum in publicum proponatur, præclarum nostri in te studij, atque obseruantia, vel potius pietatis documentum ad posteritatem constituatur. Nam cum ex his

his omnibus causis, quæ liberum hominem ad amandum, & colendum impellunt, nulla sit, quæ non me tibi plurimum deuinixerit, nonne in magnum ingrati animi vitium incurrerem, si hanc meam erga te voluntatem, & obseruantiam, tacitam obscuram que continet? Adeſt enim præter cetera, quæ ſepe numero gratiæ magis, quam virtuti patent, excellens tua uirtus, quæ me tibi plurimum deuinxit, non ea quidem quæ a libris petitur, quæ vno scientiæ nomine diffinitur, licet magna in te sit, sed ea quæ ex animi præstatia, & multas in ſe continet laudes. Studium in ſuscipiendis ecclesiæ cauſa laboribus, constantia in perferendis, humanitas in excipiendis hominibus, benignitas in subleuandis, comitas in consuetudine familiarium, grauitas in congressu, & sermo ne clarorum, tuique ſimiliū virorū, denique volūtatis propēcio ad optimæ quæq; ſingulatis. Sed quorsum tanta de tua prestanti virtute? Quando eo loco ſita eſt, ut tanquam ex altissima ſpecula, eque & coluſtret omnia, & ipſa in oculis omniū ſit? Suscipe igitur, ſuscipe beneuolo animo hoc

PRAEFATIO

AD PIVM LECTOREM



V M Hactenus Pythagororum silentium per multis annos mihi scrutati (studiosissime Lector) non minorem sane inurdam notam senti em, quam Aphricano illi, quem saepe solitum esse dicere traditur, se numerum minus otiosum esse, quam cum otiosus, nec minus solum, quam cum solus, cuius nulla ingenij monumenta litteris manifestata, nullum opus otiosum, nullum solitudinis munus extat: E quum sane duxi, non amplius diutiusque silentium esse protrahendum: immo, si quid mihi natura tribuisse set, quod studio a me, atque industria elaboratum in communem usum omnium conferrem, in eo ipso representando fructus mihi met maximus constaret. Itaque aut ipse scribere aliquid, aut quem a doctis, & eruditis viris scripta sunt in lucem proferendo, quae preclara eadem atque eleganteris doctrinae, & reconditionis rescripta,

hoc meum opusculum, qui intentis oculis scopum vere perfecteque virtutis insuetueris: qui sacrorum rituum obseruantissimus tanquam alter esdras merito apellari potes: medere mihi laboranti, & tua benignitate indigenti, quoniam a ceteris omnibus tamquam optimus pastophorus, qui animorum morbos cures, vitiorum stirpes omnino euellas, Ecclesiae praepositus es. Tuum est, qui hoc praestantissimo munere fungeris, huiusmodi munera quamvis per exigua complesti, & tueri. Patere igitur patere, nostra hec scripta tuo nomine insigniri, ut ex tuo virtutis splendore, magnus illis apud posteros, & gratia & auctoritatis cumulus accedat. Vale deus, & ornamentum totius huius reipublic. Ex Collegio S. Guillielmi Barci. ordinis Sanctissimi P. Augustini. Octavo kal. Augusti. Anno. 1588.

studiosis hominibus voluptati esse, & præsidio ad viuendum possint: Enitor quantum in me est, ne aliquando iure videantur hoc a me officium desiderare. Quare cum ab eruditissimis viris commentariū illud impentateuchū Hieronymi ab Oleastro, tanta eruditione, tanta sententia rum gravitate refectum, quam si villo orationis artificio consequi sperarem, haud satis viderem, meatum viriū conscius esse, probari magnopere audissem, eius studio incensus, aliquot annos non medio cri mea cum utilitate eius me lectioni pœnitutis tradidi, tantumque ex studio & labore profeci, vt omnes poenæ sententias, quoad poteram, pro mea ingenij imbecillitate, Euangelijs ad communem omnium utilitatem accommodarē. Quapropter, cum me a prima mea etate ita comparasse, vt quamdiu meminisse, me natum hominem esse, tamdiu intelligerem, me illis omnia debere, quorum causa me hominem natura finxit, mea rum partium esse existimauit, quin & mei officij ratio, hoc a me postulare videbatur, vt hunc librum ex cuius cognitione,

atque

atque intelligentia innumerabiles utilitates, maximique fructus, in vniuersam hominum genus, in eos prædictum quos sacrarum literarum scientia vehementer delectat, proficiuntur, qui si, e indice scilicet nō mediocri cū vultatis detrimēto legebatur, in lucem, multis mendis vindicatum, ederem addito omnī Euangeliorū indice completnissimo, quē omnes tanquam lumen, & ducem in exhaustiōne fructibus, qui ex eo tanquam ex abdito quodam ac recondito fonte profluūt, sequātur. Neq; vero inficiari possum, quin quorundam hominū metus me ab hoc instituto deterret, sed cū cupienti mīhi iam latere, obſliterant amicorum, & familiarium petitiones, qui probe nouerant, quā tum operę, & studij in eo collocassim, quibus sane parēdum fuit, ne si in negando pertinax essem, superbiq; id p̄ tuus, quā modestię adscriberetur. Vehementer humanissime lector, vt facilius quæq; inuenire possis totum hoc nostrum cōsūlum probeteneas. Nam quæ in hoc indice citantur loca, secuntur translationem, quæ ipse sequitur auctor: Et quoniam de moribus

bus breuitet hic deseruisse videtur, cures
velim omnia, quæ ad sensum litteralem
pertinent, attente legere: illud etiā te mo-
nitum volo, a me ita opus esse confectū,
vt etiam si libro careas auctoris, nō strum-
tamen opus tibi maximo vsui futurum:
quod si quę a me adducuntur, videbun-
tur tibi aliquo modo ab eo, quod pro-
positum est ab errare, illud aduente, me
ſæpe numero illa non tam proferre ad
id, quod propositum est, confirman-
dum, quam vt demonstrem, disputa-
tionem illam ab auctore eo loco fuſ-
ſius explicari, in omni itaque dubio
auctorem consule, ne me in aliquo cul-
pes. Breuitate enim vsus sum, vt decebat,
& sic omnia adducere, & adamus im
omnia declarare, superfluum esset. Vale
studioſe lector, & ſi aliqua tibi vtilia inue-
neris, Deum lauda, a quo bona cūcta pro-
cedunt: ſi vero non talia tuum erit par-
cere.

In lau-

IN LAVDEM

AVCTORIS HVIVS OPE- ris, Francisci Calça equestris ordinis viri Carmen.



Ommodo cū nobis p̄stes tā multa benigne,
Nos par est grates uelle referre tibi.
Scriptura enarrans, o quam subtiliter alios
De promis sensus, quam sapiens que doces.
Cumque libros Mosis prudens Oleaster ad ungucem
Exponat, facit, ut sit magis ille placens.
Digeris in tabula, quæ uir doctissimus iſte
Edidit, ut nullus fit reperire labor.
Quis non agnoscat tibi nos debere, quod unquam
Soluere non licet, gratia habenda igitur,
Gratia habenda quidē est, cum non ualeat ipsa referrē
Reddi, quęque nequit gratia, habenda tibi est.
Eiusdem aliud Carmen:

Q Vi legitim flores, sacra qui mysteria legis
Mosaica, Sophie quicq; bibistis aquas.
Haud pigeat precor istas nos iuxuisse tabellis.
Cum uestris libris, copia ſi aris erit.
Hec quoniam doce ſunt ualde, uosque iuuabunt
Per multum, docto credite queſo patri.
Non ille his tantum iuſdasset conficiendis
Si non uidisset, commoda quanta forent.
Ille quidem uobis ſtuduit, prodeſſe profecto,
Vester erit fructus proficere hoc studio.
Eius-



VID noster Rector nobis uult hisce tam
bellis

Efficere ut paruo multa labore scias.

Quis si squandoquidem prudens Oleaster in unis
Comprehēdit breuiter maxima quisq; libris.

Hec facile ut possint quocunque tempore quereris,
Deprehendi, doctas digeris in tabulas.

Quere igitur quæcunq; uoles, tibi protinus illa
Occurrerent, tanta dexteritate ualeat,
Dexteritate quidem miranda præualeat auctor
Huius pinacis, tu modo, queso proba.



DOMINICA

PRIMA ADVENTVS

L V C E . 21.



R VNT Signa in sole. Docet locus iste quam sit cauendum habere Deum iratum. Et quam iucundum habere propitium, tunc enim dicit leuare capitavestra. Sicut enim seruum quem princeps torue aspicit, omnes persequuntur. Et uno principe offendit, ita etiam qui Deum offendit, aut cui iratus est, omnes persequuntur, illiq; irascuntur. Vnde Gen. 43. Omnis qui inuenerit me, occidet me. fol. 39. col. 1. Et Exo. 5. Intuiti sunt eos ad malum. Cōmune enim est, vt torue serui aspiciant eos, quos viderint a dominis suis odio haberis. fol. 201. colun. 1. Et Gen. 7. Rupti sunt fontes uoragini. Pugnant omnes creature pro Deo suo contra infensatos, fol. 53. col. 2.

Erunt signa. Deberent maliab omnibus qui eos malos nouerunt designari, & quasi ostendi, infine mundi ab omnibus creaturis peccatores manifestabuntur accœlo, a terra Luc. 26. Ponant qui audierunt manus super caput eum. folio.

E L E N C H V S

412.col.2.

Prætimbre & expecta. Nullum est impijs latibulum, quo Dei iram effugere, aut vitare possint. Gen. 7. Opertisunt omnes montes excelsi.

fol. 4 col.2.

Leuate capita uestra. Quod impijs est in ruinam, bonis est in subleuationem. Gen. 7. Multiplicata sunt aquæ. Idem.

Leuate capita uestra. Solet Dominus in communis rerum perturbatione, pacem, & tranquilitatem pro mittere. Mat. 13. Mittent eos in caminum ignis, ibi erit fletus. Tunc ait, fulgebunt iusti sicut sol. Et Gen. 15. Dominus ad Abraham. Scito scies & Peregrinum est fermentum. Sed addit, tu, vades ad patres tuos integer. fol. 83. col.1. Et Exo. 11. Et infilijs Isr. non dividet canis lignam suam. fol. 214. col.2.

Leuate capita uestra. Stringi videntur sancti in hac vita, & compediti quasi captiui. Sed suo tempore soluuntur. Sic Exo. 3. Ad terram bonam & latam. fol 194. col.2.

Leuate capita uestra. Ostendere solet Dominus beneficia suis, & mala aquibus eos liberauit, vt cognoscant ea & grati sint Exo. 14. Videit Isr. nianum magnam. fol. 227. col.1.

His fieri incipi. Leuate cap. Vbi mali pereunt, boni liberantur. Exo. 11. Erit clamor magnus intera Ægypti. Apud filios Isr. non mugiet canis. fol 214 col.2.

Leuate

I N O L E A S T R V M.

Leuate capita uestra. Vbi mali periclitantur ibi serui Dei sunt securi. Exo. 14. Filii Isr. ambulauerunt per siccum. Pereuntibus Ægyptijs, fol. 227. col.1.

Videte fculneam. Solet Dominus imaginibus ipsis, & figuris ostendere bona & mala suis, vertura & presentia. Exo. 3. Moysi apparuit in flama ignis fol. 194. col.1.

Cœlum & terra transibunt. Docent iudices rigurosos esse debere in hoc, vt statuta seruare faciant, penas imponendo alegibus commissatas. Genes. 3. Ne forte mittat manum suam; folio. 30. col.2.

Dominica.2. Aduentus. Math. xi.

Luinculis. Multi sequebantur Ioanem ante carcерem paucissimi vero in vinculis positum. Hoc enim malum habent homines, vt solum impræsentia, suorum amicorum memorentur. Gen. 40. Oblitus est princern ipsius Iosephi incarcere positi & sui interprætis. Sicut memor fuisti mei tecum. fol. 149. col.2.

Vide fer. 6. Post. 4. Dñic. in vt a sonno.

Cum audisset in uinculis. Asuis, & discipulis, audiit vbi docentur domestici, bona suis pun-

E L E N C H V S.

tiauit Rebecca seruum adesse Abrahæ. Et Ge.8.columba. Attulit folium oliue. Signū pacis. Noe adduxit, columba. fol. 60. col. 1.

Cepit dicere. Ille. s. qui inspektor est cordis, & sanitatis ponderator, docet ne tu mortales laudes, & inuita hac positos. Exo. 15. Laus mea Dominus. Quoniam solus Dominus ab Homini- bus est laudandus. fol. 230. col. 1.

Cepit dicere. Nouit Dominus solum, secuu- dū merita vnumquēq; laudare. vt patet decana nea, centurione. Nathanaele. Num. 14. Seruū meum caleb. magna. n. est laus ab ipso Domi- no laudari, qui omnia bene nouit. fol. 473. col. 2

Illiſ ab euntibus cepit dicere. Docentur maiores eorum negotia & res diligenter in absentia a- g re & curare, quos nouerint suo aut rei pub. ministerio impeditos. vt patet de Pharaone sollicito pro fratribus ipsius Ioseph ut patri defe- rant currus Gen. 45. fol. 162. col. 1. & Exo. 34. Non concupiscet uir terram tuam quando ascendes. fol. 323. col. 1. De quo vide in communi Pontif. praecingeret se.

Quid existis uidere? Non solet Dominus ali- quem seruum infaciem commendare sed ini- micis suis vt inuidos torqueat. Sic Nū. 12. Domi- nus ad Aaron & mariam. Si fuerit inter uos prophe- ta sicut seruus meus. Loquens de ipso Moise. fol. 463. col. 2.

Hic est. n. de quo. Solent principes cum aliquē a pulue

I N O L E A S T R V M.

a puluere extollunt, in immensum magnifica- re. Sic Dominus Exo. 31. vide. Vocauit ex nomine besalel &. de Iude tribu. fo. 303. co. 2. Sicut et cū da- uide quē ex iudæ tribu elegit. & cum ipsam tri- bum Iuda inter cæteras elegit ad populi duca- tum. fol. 303. col. 2.

Arundinem uento. Firmus est iustus in omni angustia. Gen. 1. Fiat firmamentum in medio aqua- rum. fol. 13..

Cepit dicere de Ioanne Maiorum est, suos quo- in officio collocat honorare vt eos im pretio om- nes habeant, Exo. 24. Ecce Aaron & Vr, uobiscum. fol. 270. col. 2. Et Exo. 19. Ecce uenio ad te in Den- sitate nubis ut audiatur populus me loquentem tecum & credat tibi. fol. 243. col. 1.

Dominica. 3. Aduentus. Iohan. c. 1.



D Ioānem. Licet omnibus sit timenda tē- tatio, illis maxime qui à deo extollun- tur. Gen. 22. Et fuit post hæc. Tentauit Deus Abram. Quem in immensum extulerat. fol. 101. col. 1.

Ad Ioanem. Periculosa res valde est proxi- mum esse rebus quas possis male concupisce- re. Num. 16. Et accepit Chorah Datam & Abiron. Proceres populi, amiebant principatum. fol. 481. col. 2.

Ab iero. Scribe & pharisei. Multitudine & per- A 3 sona-

E L E N C H V S

sonarum authoritate illum vincere conabantur, Sicut Num. 22. Balac ad Balam mittit principes, & addidit ut mitteret secundo Multos & honorabiores. fol. 508. col. 2. Sic cum mittunt ad Christum ut dicant. Quare discipuli tui transgrediuntur traditiones seniorum Mat. 15.

Ab Ierosolimis. Multo præcio pessimi, emunt sua mala quæ eos demergant in interitum. Sic Exo. 32. Et separuerunt se omnis populus ab inauribus fol. 310. col. 1.

Misserunt ab Ierosolimis. Magno sumptu misserunt ad Iohannem. Deu. 3:3. Et qui: mercede conduxit aduersum te Balam. Expède quanti constet sèpius malis nocumentum quod inimicis inferre volunt. Quod pater de Saul contra Dauidem. fol. 613. cap. 1.

Tu quis es. Fugiendi sunt sicut serpentes qui suadent honores ambire. Gen. 3. Serpens fuit callidior omni bestia agri. Qui Euæ suassit ambire Dei scientiam. fol. 27. co. 1.

Tu quis es. Nullus coram principe aut proximo aliquid debet laudare, quod ipse possit male comcupiscere. Gen. 12. Laudauerunt eam apud pharaonem. fol. 74. col. 2.

Non sum ego. Non sibi vindicat qui Dei erat honos. Sic Dominus præcipit Exo. 30. Super carnem hominis non ungetur. fol. 301. col. 1. Sic Leu. 3. Omnis adeps Domini est. fol. 34 c. col. 2. Et ibi Leui. 7. Quidam peccatum elevationis. Habet enim Dominus

I N O L E A S T R V M.

minus iura sua. fol. 354 col. 1.

Misserunt ab Iero. Emunt impij mala quibus alijs nocere cupiunt, sed statuit Dominus eos oleum, & operas perdere, imo se suis mucronibus iugulate. Sic. Num. 23. Balam dicit de Ara adduxit me Balac. fol. 513. col. 2.

Misserunt ad Iohannem. Ut scilicet pro messia ipsum acciperent. Magna ingratitudine est beneficium non cognoscere. Sed omnium maxima, quæ Deo benefactori debentur, alio tribuere. Sic Exo. 32. Dicebat populus. His sunt Dixit Iesu fol. 310. col. 2. Vide de hoc Date. 3. quadraginta simæ in principe domo.

Medius uestrum stetit. Docet proceres rei publicæ orum partes agere debere ut apud populum in præcio habeantur. Sic Num. 13. Iose & Caleb Moysi partes agunt ubi dicitur. Facere fecit Caleb populum contra Moysen fol. 468. col. 1. Et 14 Ibi. Iosue & Caleb sciderunt uestimenta sua. f. 472. co. 1

Medius uestrum stetit. Licet nos annici pro instrumento accipient ad malum, nos tamen debemus illis esse instrumentabonorum. Sic Num. 32. Balac ad Balam cum populum benedicere, ait. Ut malediceret inimicis meis ipocallit. fol. 514. col. 1. Idem Micheas fecit quod Balam, rogitatus autem sicut alter Balam, ut secundum regis bene placitum bona nunciaret, instrumentum nihilominus extitit veritatis, & bonorum, cæteri vero prophetæ, malorum.

E L E N C H V S

Dominica.4. Aduentus. Luc.3.

Procurante Pontio Pilato. Sub principibus Sa
cerdotibus Anna & Caypha. Illi gentiles
erant, Sacerdotes Iudei. Turbari solet
reipub. cum inter Principes & Sacerdotes non
conuenit. Ideo dominus ad Moysem Exo.28.

Appropinquare fac ad te Aarō fratrem tuum. Fra-
trem ducis vulnus esse Sacerdotem. Ut sit pax in
ter illos fol.290.col.2.

Procurante Pontio Pilato. Sapiens dantur vicarii
propter peccata hominū. Sic dominus Exo.33
Mittā ante te Angelum. fo.215.col.2.

Procurante Pontio Pilato. Sub principibus. Licet
melius sit Sacerdotes & Reges eligi, tamē pro-
pter hominū ambitionē successio in huiusmo-
di videtur securior. Quod hic non videmus ob-
seruari, alteri illorum tyrānide sunt intrusi. Sa-
cerdotes vero pecunia. Ideo dominus ad Aarō
dicit. nu.18. Omnes elcuationes domino dedi tibi &
filii tuis in pactū salis. I. perpetuo. fo.490.co.2.

Anno.15. Imperij Tyberij Cef. Omnes hi tyrāni
d sunt intrusi, vt possit dominus dicere Ose.
8. regnauerunt & non ex me. Vtinam solū illi
regnarent quos dominus eligeret. Ioan.16. ad
suos domin⁹ ego elegi vos & possui vos vt ea
tis & fruc. Et deum. 17. Ponendo pones super te re-
gem quem elegerit dominus. fol.598.col.1.

Procurante Pontio Pilato. Regnum tantatyrāni
dere-

I N V O L E A S T R V M.

de refertum, & tan diuisum, diu stare non po-
test, maxime clamāte Osea 10. diuisum est cor
eorū nunc interibunt. Et dominus ad suos Nu-
me.21. Ne iimeas eum quia immāny tua dedi cū. fol.
504.col.2.

Anno.15. Imperij Tyberij procurante. Noluit do-
minus a principio reges instituere quoniā opti-
me nouerat eos statim in Tyrannos conuerte-
dos Sic. gen.10. de Nembrot. non constitutus
a Deo dicitur. Ipse cāpit esse potes in terra. Et hic
est qui primus Tyrannidem exercuit. folio.
69. col. 1.

Factum est uerbum domini. Iam etate matura ad
tale munus excendendum. (30. scilicet annorū)
a domino eligitur sic eligebantur Num. 4. A fi-
lio triginta annorum. fol.434.col.1.

Factum est uerbum domini. Expede in tanta secu-
li malitia factum est &c. Sic dominus ad Noe
gen.7. Te enim uidi iustum coram me ex omnibus gen-
tibus. fol.53.col.2.

Dirigite uiam domini. Ad hoc venit Iohannes
vt omnes crederent per illum Iohā.1. & vt pa-
raret domino plebem perfēcta Luc. 1. Sic Ieu.
15. Dominus dicit ad Moysem & ad Aaron. Se-
parabitis filios Isr. ab immundicijs. fol.376.col.2. &
idem habetur ibileuit.c.22. Loquere ad Aaron &
ad filios eius. fol.403.colu. 2. Prophetæ enīa &
prædicatoriis est munus, opera hominum diri-
gere. Vnde sapientiæ. II. dicitur de Moyse &
A. 5 popule

E L E N C H V S

populo direxit opera eorum immanibus Prophetæ sancti sui.

Comebat Locustam Secundum illud Leuit. 11. Locustam Secundum spetiem suam. Commendat locus hic Iohannis abstinentiam fol. 365. col. 2.

De Natiuitate Domini. Luc. 2. Primum Euangeliū.

Exist edictum a Cæsare. Solent maiores suos quos diligunt subditos, sæpius numerare facere. Sic dominus præcipit. Num. 1. Levate capita filiorum. Isr. fol. 429. col. 1. Induens orio Mundi vanitatem, dominus vix mundum ingrediens arguit, & condemnat. Exo. 20. Altare terreum facies michi. fol. 249. col. 1.

Pannis cum uoluit. Ut seruum indueres (ait gre.) filium exuisti. unde. Gen. 3. Fecit illis Deus tunicas pelliceas. fol. 30. col. 2.

Secundum Euangeliū. Luc. 2.

Eram pastores. Audis hic quibus hominibus, & quibus in locis positis, Deus sua secreta reuelat. sic Exo. 3. Et Moses pascebat peccora Ietro. Et illi dominus apparet, & in monte. fol. 194. col. 1.

Venerunt festinantes. Vide in festo visitationis in illo verbo cum festinatione,

Venerunt

I N O L E A S T R V M.

Venerunt festinantes. Magnum est desiderium hominis, ut sit in omnibus rebus primus, sic domini minus ad populum Num. 15. Eleuabitis eleuatio nem domino. 1. primitias. fol. 477. col. 2.

Glorificantes & coll. Docent gratitudinem pro beneficijs sibi, alijs que exhibitis. Sic Exo. 18, ille ietro. Laetatus est ietro. fol. 240. col. 1.

Vide in festo visi, magnifi,

Tertiū Euangeliū. Iohani. 1.

Vomnes crederent per illum. Vide domini nica, 4. aduen. dirigite viam domini. Erat lux uera quæ illuminat omnem hominem. Ut scilicet sciāt diuidere lucē a tenebris, & suas tenebras discernere. Vide Sabbath post. 4. domin. quad.

Dediteis potestatem. Non dicit fecit filios licet verum, siti. Sic Exo. 20. dicitur. Exire fecite. Non dicit. vi. coimpulite, ut, exires, sed feci ut tu ipse exires, & quod nemo te prohiberet, sed potius te terram suam exire egipciis cogerent. fol. 244. col. 2. ad lit.

Vidimus gloriam eius. Suos quos vult dominus sic honorat Exo. 33. Ego transire faciam omne bonum meum iuxta faciem tuā. fol. 317. col. 1. de alijs vero dicitur scrutator maiestatis opprimetur a gloria. Solum nobis datum est videre infans possum impræsepio Iohanni vero eius qu

E L E N C H V S

qui natus est, videre gloriam, ut dicit orig. vnde Exo. 19. Ascendat ad dominum ut videat. Vult deo minus ne humana curiositas videat, quæ dominus voluit eam ignorare. fol. 244. col. 2.

De sancto Stephano. Math. 23.

 *Voties uolui congregare & noluisti. Eccere linquetur domus &c. discat ex hoc loco iudices, quod etiæ vitia ad tempus dismulanda sunt, non tamen perpetuo. Vnde gen. 6. dominus. Non litigabit spiritus meus in homine perpetuo. fol. 43. 48. col. 1.*

Vos implete mensuram patrum uestrorum. Tunc sci licet vos percutiam, in multis scripturæ locis legimus Deum peccatoribus, & eorum punitioni certum tempus statuere. vñ genes. 6. Erunt dies eius centū uiginti anni. fol. 48. col. 1 & 83. co. 2

Vos implet ecce relinque. &c. Aduerte Dei pacientiam que tam longo tempore peccatores expectat. Vnde gen. 15. Quia nondum completa est punitio Amorreorum. fol. 83 & 81.

Implete mensuram. Pessimum est sic peccare, quasi Deus nostra non curaret, & punitionem perpetuo non infligeret vnde dominus ad suos leuit. 26. Si ambulaueritis mecum ex aduerso, ambulo etiam ego uobiscum ex aduerso. fol. 422. col. 1.

Implete mensuram patrum. Non solum homo habet propria peccata sed etiam aliena. Vnde leuit.

I N O L E A S T R U M.

uit. 26. Confitebuntur iniquitates suas & iniquitatem patrum fuorum. 422. col. 2.

Vt ueniat super uos. Audiāt hæc qui sanguini infidiantur quoniam etiæ non sit homo requiriēs tandem requiret Deus. Vnde fratres Ioseph genes. 42. dicūt. Ecce sanguis eius requiritur. fol. Isr. co. 2. Sicut etiæ pater. 3. ge. 4. dominus ad Cayn vox sanguinum fratris tui Abel clamat ad me. fol. 38. col. 2.

Vt ueniat super uos. Exacte & oculate Deus malitia quæ in suos fiunt aduertit, vt suo tempore puniat. Vnde dicitur Exo. 2. Vedit Deus filios Israel & cognovit Deus. fol. 191. col. 2.

Vt ueniat super uos. Qui proximo iniurius est non solū illum sed Principem populi, & ipsum Deum iniuria afficit, & ab utroque pena erit afficiendus. Vnde Num. 31. Ut dent ultionem dominii. fol. 539. col. 1.

Vt ueniat super uos. Sunt quasi infinita maiestas peccata, qui etiæ gravissimas propter illa luent penas. Vnde leu. 4. Asperget de sanguine septem uicibus. Et ibi etiam cum agitur de peccato Sacerdotis, pro quo iubetur offerri iuencus. fol. 343. col. 2.

Ecce relinquetur domus uestra. Punit Deus peccatores in his quæ maxime diligit. Leuit. 26. Dissipabo excelsa uestra, & imagines uestras. Ad idem Num. 32. Et si non transferunt uobiscum. folio. 542. colun. 2

Ecce

E L E N C H V S

Ecce relinquetur terra uestra deserta. Vide Domini. 9. post Pentecost. ad terram prost. cauenda est proximorum iniuria quoniam propter vnius iusti læsionem, multa a Deo infliguntur mala. Vnde genes. 14 dicitur. Cæperunt Lot. Et totam substantiam propter hoc perdiderunt. fol. 79. col. 1. Sic Thobiæ substantiam rex tulit. cap. 2. & propter hoc etiam ignominiose perdidit. Et substantiam, & vitam.

Ecce relinquetur domus uestra. Quia scilicet terra vestris maculastis malis ipsam amittetis. Vnde leuit. 26. Perficiet terra sabbata sua. fol. 422. col. 1.

In festo Sancti Iohannis Iohannis vltimo.

Sequere me. Mira valde est dignatio dominis super penitentes Exo. 33. Duc populum ad locum quem locutus sum. fol. 312. col. 1 & 34. Vade ascede de loco isto. Numquam sic legimus Deum festinasse & vrgisse Iudeos quam post peccatum. fol. 315. col. 2 & deut. 30. Multiplicabit te magis quam patres tuos. fol. 631. col. 1. post peccatum, Petrum cruce sua in immensum honorat, quod legimus de David, Matheo, Magdalena, Augustino Quos post peccatum in immensum honorauit.

Sequere me. Post quam dicit pasce oves, dicit sequere me, & alius cinget te. Hoc attendant prelati & sciant, se, cum honore, crucem accipere

I N . O L E A S T R V M .

pere debere. Imo sciant hunc honorem, nihil aliud esse quam crucem & onus. Num. 11. Moy ses ad dominum. Non possum ego solus ferre. fol. 462. col. 2.

Sequere me. Post honorem, crucem suis trahuit; fauores Dei ad mala futura preferenda, iusto tribuuntur, vnde dominus sapienter & prospera & aduersa coniungit. Sic. genef. 15. postquam Abrahæ semen promittit, continuo addit. Peregrinum futurum semen tuum. fol. 83 col. 1 & Iohan. 15. ego elegi vos de mundo, & continuo absque synag. ad Hierem 1. prius quam te formarem in utero, & continuo addit & Prophetæ ingentibus dabo te, & reges bella bunt aduersum te. Sic priusquam mittat Moys sem ad bellum contra Pharaonem, illi apparet, & cu illo familiarissime commiscit colloquia. Exo. 3. & Esa. 6. vedit dominū sedentē super solium. Et statim mittitur ad bellū contra pessimum populum. Iacob. Gen. 28. vedit uisiones Dei, & continuo magnis praemittur laboribus. David magnis honoribus celebratur, & a Deo eligitur. Et continuo, magnis praemittur afflictionibus. Sic dominus Iob laudat, & continuo affligit. Sic etiam Abrahæ risum dat, & continuo tentat de hoc vide Dominic. Infra oct. Ascendum ven. parac.

Quem diliebat Iesus. Et si impotestate Domini situm sit, hominem nullis præuijs meritis diligens

E L E N C H V S

diligere, cōmune tamen est, vt iuslos propter iustitiae opera diligit. Sic Gen. 6. Noe inuenit gratiam in oculis Domini fol. 49.col.1.

Hic autem quid. Optimum est prælato, velle gratū esse Deo ad hoc vt suos Deo gratos reddat. Exo. 33. Et uide quia populus tuus gens hæc. fol. 316.col.2. Sic etiam Moyses ipse ibi. 34. cū dominus diceret non ascendam tecum. Eadem repetit. Hoc attendant qui fauorem Principum habent: sciant vtique se ad alios iuuandos hoc a Deo sibi concessum. heft. 4 Mardocheus mittit ad hester dicens & quis nouit utrum idcirco ad regnum veneris? pessimus quisquam dicit illud Ose. 12 diues effectus sum inueni idolum michi. Expende michi, & vt verum dicam etiā sibi ipsi nequam est. Exist sermo. Quos continuo dominus arguit, nouit enim dominus quæ mala suscitēt huiusmodi homines delatores. Vnde leuit. 19. Nū ibis fraudulenter improximo tuo. fol. 393.col.2.

De Innocentibus Math. 2.

 Angelus domini apparuit in somnis Ioseph. Vigilat super nos dominus mittēs & remittēs. Tens administratoris spiritus. Sic Gen. 28. dormiēte Jacob. Angelis Dei Ascendebant. fol. 119 col.1. Vnde bene dicebat Psal. 145. beatus cuius Deus Jacob adiutor: qui scilicet sic Deum

I N O L E A S T R V M.

Deum fautorem & adiutorem habet, sicut habuit ipse Iacob. Dormiente Helia. 3. reg. 19. Angelus ad ipsum defert panem.

Apparuit in somnis. Vide in vigilia Epiph.

Apparuit Ioseph. Viris traduntur ea quæ fæminæ obseruare debent leuit. 12. Loquere ad filios Isr. Loquitur de legibus fæminarum. fol. 367.col. 2.

Fuge in Ægyptum. Cur times domine: tu si sunt cæli, & tua est terra, orbem terrarum & plenitudinem eius tu fundasti. Cur nō ignis descendit de cælo & deuorat impiissimum regem? Sed scio domine quia non venisti animas perdere, sed saluare. Venisti: vt vitæ habeant, & abundanter habeant. Docet nos vtique vt potestia nobis a Deo concessa, non ad violentiam & tyrannidem vtamur. De quo in festo Trinitatis data est michi. Num. 20. Missit Moyses nuntios ad regem Edom. fol. 498.col.1.

Futurum est ut Herodes. Propter Principium peccata Deus a populo discedit leuit. 10. Et super omnem Synagogam nō irascetur. Luit enim populus sepissime maiorum peccata. folio. 360a columnæ. r.

De nocte consurgens. Optime instruit nos locus iste, quam parati esse debeamus ad obsecrum Dei, siue die, siue nocte. Sic Num. 9. Vel die, & nocte, quando discedebat nubes proficiscebantur. fol. 451.col.1. Et Gen. 22. Surrexit Abraham

E L E N C H V S

ham mane. fol. 101. col. 1. Et c. 17. Tulet Abraham Ismael. fol. 88. col. 1. Et c. 7. In ipsomet die. fol. 53. col. 2. vt videas quomodo iusti ad opera Dei exequenda festinent. Vide infes. visita. cum festinatione.

Videns quoniam illusus esset a magis. Volunt reges vt festine omnes illi obediant. nec curant an altioribus impeditus sis. Tho. 1. nō curabat iussum regis corpora sepeliendo. At ubi nuntiatum est regi ius sit eum occidi. Et Num. 22. Balac ad Balam. An non mittendo missi ad te ut uocare in te? ut malediceres populo uocauit te. fol. 509. column. 1.

Occidit multos pueros. Disce ex hoc loco non esse malo. alio malo præsertim maiori occurrēdum. Mar. 6. Herodes adulterium homicidio vult occultare. iste suam ambitionem. puerū morte vult occultare. Et regnū Tyrānicē partum conseruare. Sic ille Pharaō Exo. 1. Affer sapientes simus in eum. Et. Ascēdat de terra. fol. 188 col. 2. Vide in decollatione sancti Ioannis. volebat occidere.

Occidit multos pueros. Aliquando tanti facinus pueras laiturus. Nemo enim cum proximum ludit. putet se non daturum tandem pueras. De Messia dicitur. Num. 22. Extendet se stella ex Iacob & transiet extremitates Moab. fol. 520. col. 1. Vide de hoc Dominica infra octa. Ascensionis. Absque synago.

Dominica

I N O L E A S T R V M.

Dominica infra octa. Nativi. Luc. 2.

Benedixit. Habes quid valeat sacerdota his benedictio. Sic præcipitur. Leuit. 9. Eleuabit Aaron manum suam ad populu. Ut illum scilicet benedicat. fol. 357. col. 2.

Benedixit. Quanti sint faciendi Dominis sacerdotes. quandoquidem ipsi Dominus etiam cū parentibus sacerdos benedixit. Et qualis fit eorum benedictio describitur Num. 6. Ex precepto Domini ad sacerdotes. Sic benedicetis filios Isr. fol. 444. col. 2. Et ibi in lit. fol. 443. col. 2.

D e C i r c u n c i s s i o n e D o m i n i . L u c . 2 .

Postquam impleti sunt dies octo. Docetur hic illi quibus Deus. aliquid pollicitus est: Dei mandata seruare. Vnde Gen. 21. Circuncidit eum octavo die. fol. 98. col. 2. Vide in festo Purificationis. Postquam impleti sunt. Et in die Inocen. De nocte. Et in die visita. cum festinatione.

Vt circuncideretur puer. Dolore plena erat circumcisio: & in Domini templo siebat, vbi vagitus infantium resonabant. Et forsan hac de causa, octavo die circunciidi teneros pueros volebat. Vt discamus, multum apud Deum valere: puerorum voces. Sic Gen. 21. Ex. uult Dominus uocem pueri. Et non fletus matris. fol. 99. col. 1.

B 2

Vt cir-

HELENCHVS

Vt circuncideretur puer. Suo enim sanguine præcioso nos redimere statuerat, cuncta enim sanguine mundantur. Vnde dicitur leuit. 14. Purificavit domum in sanguine passeris. folio. 374. column. 2.

De vigilia epiphæ. Math. 2.

DEfuncti sunt qui quærebant animam pueri. Omnia impedimenta dominus tollit, quæ suam forsan poterant impeditre legationem. Dominus ad Moylem Exod. 4. Mortui sunt omnes qui quærebant animam tuam. fol. 198. column. 1.

Apparuit in somnis. Cū alienus est & a terrenis scilicet; qualis esse dbeat qui à domino de archanis docetur, ostendit locus iste. De Balam dicitur. Num. 24. Dixit uir obturatus habens oculos. fol. 519. col. 1.

De Epiphæ. Domini. Math. 2.

Vbi est qui natus est rex Iudeorum? Nōdum natum viderant (vt ait Bernardus) & iam pro eo mori parati erant, nam peregrini tenentur patre qua agunt, ne indignis scandalo sint, leges seruare. Sic Exod. 12. Tam peregrini quam indigenæ. fol. 220. col. 2.

Audiens Herodes turb. Hic vides hominum super-

IN OLEASTRVM.

perbiā, qui nolunt sibi similem, aut æqualem habere. Audiant huiusmodi quid scriptora claret. Gen. 1. fol. 13. col. 2. Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram. Sic filij Laban insurgunt contra Jacob; quia videbant illum maxime crescere. Vt patet Gen. 31. & Gen. 26. Quia diues factus est Isach inuidebant ei Palestini. Creuit per gendo & crescendo. folio. 114. column. 2.

Turbatus est. Quia scilicet regem audit nominare, & denati morte incipit cogitare. Adverte qualiter reges indies, in Tyranos conuertatur. Exod. 1. Ecce populus Israel multus, & fortior nobis est. Dicit Pharaon. fol. 188. col. 2.

Et omnis hierosolima cum illo. Quam facile vulgus in omnibus sequatur Principes; hic patet. Gen. 34. etiam religionem mutant ad nutum principis. Obedierunt Emor. fol. 134. col. 1.

Congregauit Principes Sacer. Discant reges & maiores se sapientum & peritorum consilijs egerere, maxime ad res arduas. Sic consilio socii sui vsus est Moyses Exo. 18. Et Gen. 41. Non fuit qui indicaret somnium regi, ideo ad sapientes confugit. Non erat qui inrerpretaretur. fol. 152. column. 2.

In Bethleem Iudea. Ad agiū est. Qui cōsiliū dat prestat & remedium. Isti locum & veritatē appariunt, sed non addunt remedium, & sic omnes pereunt. Gen. 41. Ioseph. post quā soñniū veri

E L E N C H V S

tatem indicat, remediuū adibet. Ait enim. Prouideat Pharao. fol.153.col.2.

Sic enim scrip. Sunt quibus dominus sapiētiā donauit qui in malitiā sapientiā conuertūt. Iſti malitia Prophetæ locū detruncāt, ea enim quæ ad Christi diuinitatē pertinēt tacēt. Additū. Prophetæ egressus eius a diebus æternitatis eius. Exo.36. Fecit Befalel & Aholiab, & omnis uir sapiēs corde. fol.327.col.2.

Et intrantes dom. Quam domum? stabulum. s. vulpes etiā foueas habēt, filius hominis stabulū. Vbiſūt qui amplias sibi ædificat domos? Antiquorū ex lapidibus & luto erāt. Vt patet Lc. 14. Pulacré tollit & liniet domū. fol.374.col.

Procidētes obi. Quia oblatione esse Deū profitebātur, & cōfitebātur. Exo.29. Eleuabis eleuationē corā domino. Solēt homines, quę offerūt eleuare, & exaltare, vt quid magnū videatur. fol.296.col.2. Et Levit.8. Eleuabit illud eleuatione. Nō sat est dño munus offerre, nisi illud debita maiestate offeratur. f.35 s. col.2. Et 23. Eleuabit homer coram dño. fol.409.col.2.

Procidētes. Vidētur hic adimpta somnia Ioseph quod stellæ. s. ipsum adorarēt Gen.43. Et Procederūt & incuruauerūt se. Scilicet fratres eius coram ipso. fol.158.col.1.

Respoſo accepto per aliā uiā. Hoc ſolū curꝝ eſſe debet pijs vt ad iuſſione dñi profiſcantur, & prælia nō curēt. Sic cū Ioseph ab Angelo admone-

I N O L E A S T R V M.

monetur, fugit in ægyptum. Et Exo.14. Domi nus ad Moyſen. Loquere ad filios Iſr. ut profiſcantur. fol.22.col.2.

In die Octauo. Ioan.1.

 CCe Agnus Dei. Agnum vocat quia ſui ſanguinis oblatione omnia immunda mundauit. Sic Exo. de Aaron (quidnī vmbra erat) dicitur. Expiabit Aaron ſuper cornua eius ſemel in anno. fol.300.col.2. Et Leu.4. Expia bit eum Sacerdos. fol.344.col.1.

Qui tollit. Benedictus dñs deus noster: qui nobis hostiā pro peccatis nostris cōtulisti Leui.4. Anima que peccauerit. fol.343.col.1.

Dominica infra Octavas Lucæ. 2.

 Vm duodecim eſſet annorū. A pueris docēdi fūnt filij, vt dño deseruiat. Num.3. A filio mensis & ſupra. fol.433.col.2.

Cū duodecim eſſet. Multū intereſt, ſi puer a boñe parētibus nutriatur. Gé.19. Ecce nūc dñi mei. Ab Abrahā hæc humanitatis officia Loth didi cit. Quia apud ipsum enutritus eſt. fol.93.col.2.

Aſcēdētibus hierosolimā. Nō libēter accipit dñs ministeria ſua inter mūdi negotia peragi, ideo ſuos in Hierusalē volebat venire. Sic voluit Deus ſibi ſacrificari in dēſerto nō in Ægipto. Exo.5. Dimeſte populum mcum ut ſacrificet mihi in dēſerto. fol.200.col.2.

Secundumm consuetudinem diei festi. Mira digna

E L E N C H V S .

q̄o & ad mirabilis amor vt veluti pater filium,
corā se Deus tuus velit te tam crebro videre.
Exo. 34. Tribus uicibus in anno conspicietur omnis
masculus tuus. fol. 323. col. 1.

Secundum cōsuetud. Diei festi. Vt scilicet se gra-
tos Deo ostendant, pro tanto beneficio. Insti-
tuū sunt enim solemnitates a Deo in memo-
riam beneficiorum. Leuit. 23. Solemnitates quas
uocabis conuocationes sanctas. & ibi. mense primo.
fol. 409. col. 1. 2.

Secundū cōsuetudinem diei festi. Nos prope se-
vult Dñs vt tanq; pius pater cōtinue in filios
prospiciat. Nu. 2. ob hanc causam prope taber-
naculum eos volebat castra metari. Vnus quisq;
iuxta uexillū suum, castra metabuntur. fol. 431. co. 1.

Secundum cōsuetudinem. Admonentur hic
parentes, & domini, vt filios suos & filias se-
cum ducant ad Domini templum. Sic prēcipi-
tur Deu. 12. Vos & filii uestrī, & filiae uestræ. fol.
386. co. 2. Sic etiā dicitur. ibidem 14. Tu & domus
tua. fol. 591. col. 2.

Diei festi. Ad quod festa instituta sint doce-
tur; Deu. 31. vbi dicitur. Leges legem istam in au-
ribus eorum. Vt scilicet Dei legem audiamus, &
timorem Dei adiscamus a pueris. folio. 633.
col. 1. Et ibi. A uespera in uesperam.

Remānsit puer iesus. Hæc nobis magnum ti-
morem in-cutιunt, si virgo sanctissima, sanctissi-
me festaperagens, absq; culpa Dominū per
didit.

I N O L E A S R V M .

dedit. Quid erit si Domini festum non vt par-
est celebress Leuit. 23. Conuocationes sanctæ. Et in
fra ibi. Solemnitas erit tabernaculi Domini. fol. 409
col. 2. & 410. col. 2.

Remānsit puer iesus. Quem summe diligebat
amittit. Si absq; culpa sic punitur in re summa
me dilecta sanctissima virgo, quid erit de pec-
catore dicendum? Quem solet punire Deus
in hijs quæ summe diligit. Sic Leuit. 26. Dis-
sipabo excelsa uestra, & dispergā imag. fo. 422. co. 1

Reuersi sunt Hierusalem. Qui Deum perdunt
retro reuerti coguntur vnde Dominus. Nu.
14. Cras uertite uos. fol. 473. col. 2. Et ad idem
Deu. 1. Circuiuimus montem Scyr. fol. 555. col. 2.

Dolentes quærebamus te. Festiuitatem, & etiam
maternitatis lœtitiam, afflictione misericordia. Leu.
23. in die festo Domini omnis anima quæ afflita non
fuerit. Sabbathum quietis erit uobis. Voluit disolutā
temperare lœtitia, vt eo mense instituerit festū
afflictionis, quo homines solent obfructuum
copiam insanire, quando arcæ frumento replē-
tur. fol. 410. col. 1. Sic gaudiū Abraæ ex Isaac
nativitate, afflictione oblationis temperat. Sic
& cū Davide fecisse legimus. Et cum filis Ze-
bedei quibus cū Apostolatu calicem dat. Vide
inf. S. 104. sequere me.

Nesciebatis quod in hijs que pa. Docentur Dei
ministri quam segregati a suis affectibus esse
debeant. Num. 6. Super patre suo & super matre

E L E N C H V S

suā non polluit se. fol. 444. col. 1.

Adidem. Est illud Leuit. 21. Sacerdos maior, inter fratres: caput non dis cooperiet. fol. 41. col. 1. Et in principio cap. Super animam non contaminabitur. fo. 400. col. 1. Cum tu pulsaris ab aliqua tētatione, & quando sacerdoti aliquid vile faciēdū occurrerit: respōdeat quomodo hoc faciā, quoniam Deo sum cōsecratus, & in his quæ Dei sunt, oportet me esse? & Ibi. Quia diadema olei unctionis. fol. 41. Ad idē quæ habentur Nu. 1. Tu prefice Leuitas supertabernaculum testimonij. fol. 430. col. 1.

Consumatiq; diebus cum redirent. Surrexit nōnum fæminarum genus, nolentium laborare: volentiū tota die ecclesias circumire, hinc inde discurrere. Audiant huiusmodi Dominum. Deut. 16. *Verte te manū & ibis in tabernacula tua* fol. 595. col. 2.

Dominica 2. Ioan. 2.

 *Ocatus est Iesus ad nuptias & mater eius.* Discant ex hoc loco homines publicas, non occultas facere debere nuptias, & expectare parentum & cognatorū voluntatem. Gen. 21. *Accepit ei mater uxor.* folio 99. col. 1.

Vocatus est Iesus ad nuptias. Optime computantur nuptiæ cum Dominus ad ipsas vocatur: *hodie vero nullo modo, vocatur, cū fēmina cli-*

IN OLEASTRVM.

na eligitur, solum quia nobilis, quia pulchra. Ge. 6. *Acceperunt sibi uxores ex omnibus.* f. 48. c. 1.

Erat mater Iesu ibi. Vt scilicet nuptam & honoret & associaret vnde. Gen. 24. *De Rebeca loquens.* Dimiserunt eam, & nutricem. *Debet enim puella semper seniorem fæminam ad latu habere,* quæ eius mores cōponat. fo. 108. c. 1

Ad nuptias vocatur Iesus. Vt nuptiarum honestatem notet, sicut de nuptijs Thobiæ legimus Gen. 5. *Dicitur.* Noe uero cum quingentorū esset à nōrum. Arguit nostri temporis conditiones: vi demus enim pueras tradi pueris. fol. 42. c. 2.

Vocatus est Iesus ad nuptias. Docetur ex hoc loco, quod nō debent matrimonia fieri inter absentes. Gen. 2. *Ad auxit eam ad Adam.* Euam scilicet. fol. 22. col. 2. Ad hoc etiam facit. Gen. 28. *Et mandauit Abraham seruo ut nō acciperet uxori.* Cape uxorem de filiabus Laban. fo. 129. c. 1.

Deficiente uino. Nō sunt damnanda cōiuia maxime nuptiarū. Vt patet in nuptijs Thobiæ. Gen. 29. Congregauit uiros. fol. 121. col. 1.

Dominica. 3. Mat. 8.

 *Vm descendisset Iesus de monte ecce leprosi* Imo de monte descendit vt leproso & alijs vt refert Luc. 6. salutem cōferat. Vt hinc discant, qui aliorum curam habent, & colloquium diuinū relinquere, vt suis in necessitate possitis subueniāt. Ad Moysen domi

HELENCHVS

nus. Exod. 32. Vade descendē. Eū a suo colloquio reiicīt. fol. 310. col. 2.

Cum descendisset de monte ecce leprosus ueniens. Procul' ab urbibus leprosus habitabat ne alios corrumperet suo confortio. Quid aliud Deus in hoc voluit nobis docere, quam quod summe abhorreamus a peccato, quod per lepram significatur? Vnde Exod. 29. Præcipitur. Carnem iuuenci & pellem eius & simum quia pro peccato est. fol. 296. col. 2. Et Num. 19. Abluet Sacerdos uestimenta sua. fol. 493. col. 1. De quo etiam uide multa. c. 13. Le. & 14. De leprosi legibus in horrōe peccati. Deus ad Serpētē dicit, maledictus eris inter omnia animantia, idest, ab omnibus eris separatus, & omnes tuam societatem abhorrent. Sic Leuit. 20. In horrōe peccati iubetur animal occidi, cum quo quis coierit. Et Deut. 13. Ob eandem causam iubentur homines, & peccora occidi in ciuitate quā se a Dei cultu auertit. Vide Domin. 13. post pent.

Ecce leprosus ueniens adorabat. Bona sunt & salutifera mala, si sciamus ea Deo offerre. Num. 21. facti bī Serpentem æneum. fol. 503. col. 2

Procidens adorauit. Admonemur quanta reuerentia erga superiores vti debeamus. Gen. 18. Sum puluis & cinis. fol. 91. col. 2.

Volo, mundare. Liberalitem nobis docere vult in eleemosina clarienda locus iste. Genes. 1. Germinet terra herbam uirentem. fol. 13. col. 1.

Volo

IN OLEASTRVM.

Volo, mundare. Arguūtur hic nobiles, qui suorum præces, non libenter acceptant. Gen. 8. Odoratus est dominus odorem. fol. 60. col. 1.

Volo, mundare. Arguantur hic iudices & Principes, qui multo tempore ad se verientes detinent, ita vt substantiam spectando consummāt. Exod. 18. Socer ad Moysem. Iudicabunt populum omni tempore. Expēde, omni tempore. fol. 241. col. 1. de Christo. Esa. 16. velociter reddens quod iustum est. Hoc erat, importa iudicare.

Volo, mundare. Non vult te dominus fore, parcum indistribuendo tua Deu. 15. Mundando mutuabis quantum sufficit. fol. 593. col. 1.

Volo, mundare. Arguit viles personas, qui tāto magis tibi subuētionē negāt quāto magis te videat indigere. Num. 10. Non uenā. fol. 453. col. 2.

Dominic. 4. Math. 8.

Dormiebat. Et fluctus intumescebat. Ostēdit locus iste, quātum homo; Dei absentiā sentire debeat. Sic Exo. 33. Et audiuit populus, sermonē hūc, fol. 316. col. 1. Et Num. 14. Non est dominus vobiscum. Corrueris.

Salua nos. Putat se iusti, a dñō in medijs tribulationū vndis derelictos; dñs tamen illis auxilio est. Vnde. Ge. 8. Recordat⁹ est dñs Noe. f. 59. col. 1.

Imperauit uētis. Docet locus iste, vt cū uiderimus familiares nostros se perditū iri: illos salvemus. Ge. 8. Missit manū suā. Ibidem. col. 2.

Sur-

E L E N C H V S

*Surgens imperauit uentis. Mirū valde est quāta
celeritate auxilio suis sit Deus. De. 33. Non est. s.
Deus o Istr. aquilās celos in auxiliū tui. f. 647. col.*

Dominica.5. Math. 13.

Hoc omni patri familias qui bonū semen. Do-
cet dominus eos, cui ministros habēt
victū illis præstare Gen. i. Dominus:
Ecce dedi uobis omnem herbam fol. 13. col. 2. Et c. 6.
Ex omni uiuenti. f. 49. col. 2. Et Exo. 16. Inter ues-
peras comedetis carnes, fo. 233 col. Et vide Domi.
6. post. Pent. Misereor. Et Ge. 2. Adæ. ait Dñs
Deus. Ex omni ligno Paradisi comedere. fol. 22. col. 1.

Sinite utraq; crescere. Crescunt mali, & etiā in
ter malos crescūt boni. Sed boni in bono, ma-
li in malo. Exo. 1. Possuerunt sacerdos tributorum
Principes. fol. 188. col. 2.

Sinite utraq; crescere. Iustitia iusti etiā si in me-
dio nationis prauæ sit, nō obscuratur. Gen. 6.
Noach inuenit gratiā corā oculis dñi. f. 49. col. 1. Et
c. 7. Dixit Dñs ad Noach. Patet quantū valeat iu-
stis adhærere. Propter triticū sinitur zizania.
fol. 52. col. 1.

Sinite utraq; crescere. Vbi edificant mali quid
eis valeant boni. Genes. 8. Et omnis bestia. fol. 59.
col. 2.

Inimicus homo super seminavit. Bono semine
Deus mundum seminavit, sed statim terræ
mandatum in zizaniam verbum est. Genes. 9.

AB

I N O L E A S T R V M.

Ab istis sparfa est omnis terra. fol. 65. col. 1.

Sinite utraq; crescere. Ecce quid valeant iusti
illis cum quibus vitam agunt. Num. 16. Sepa-
rate uos de medio. fol. 482. col. 2. Optime enim
ista parabola docet, quid iusti mundo valeant,
nam sicut nichil est patriæ & mundo pernicio-
sius impijs, ita nichil iustis utilius. Usque quo
ait Hiere. Lugebit terra cōsumptū est animal
& volucrē. Quid vero iusti valcant patet, nā
propter illos usque ad messem malos reliquit
ad hoc vt conuertantur, aut vt per illos boni
exerceātur; vt auctor est sanctissimus p. Aug.
super Psal. Et addam, aut vt mali bonorū con-
uersatione meliorentur: Unde dicitur. Gen. 6.
Ambulauit Enoch cum Deo & non ipse. fol. 42. col.
1. Et Num. 35 Ex urbis quas dabitis levitis. fol.
548. col. 2.

Sinite utraque crescere. Ex hoc loco non colli-
gant hæretici ipsos non esse erradicandos ab
Ecclesia. Si enim perdere volūt triticū & erra-
dicare a vera fide, iustū est, vt & ipsi ante mes-
sem erradicentur, & in ignem mittantur. Au-
diant dominum præcipientem. Num. 33. Ex-
pellite omnes habitatores a fac. Et. si non expule-
ritis habitat. fol. 545 col. 1.

Sinite utraque crescere. Non solū malis fiunt
impij deteriores, sed etiam piorū bonis. Exo.
9. Aggrauauit se cor Pha. fol. 210. col. 1.

Crescere usq; ad messem, Vbi in eo quod ad ma-
los

E L E N C H V S

Ios attinet sume Dei pietas manifestatur, quæ admortè vsq; pessimū expectat. Vnde Exo. 34. Dominus vocatur, Tardus ad iram. fol. 222. co. 1. Et Leuit. 6. Igne semper ardebit in altari. Ut ostendat Deum semper paratum ad nostra sufficienda sacrificia. fol. 350. col. 1.

Congregate in horrea. Docet locus iste qualiter Dominus ruitios ab impijs in punitionibus segregare. Gen. 7. dixit Dominus ad Noe ingredere te. fol. 53. col. 1. Et Exo. 8. Separabo illa Die terram gressum. fol. 207. col. 2.

Dominica. 6. Matth. 13.

 Ermento. cui proprium est omnia inse traducere, vnde nos ad monet scriptura, cauere a fermo malitiæ. Exo. 13. Non comedetur fermentatum. fol. 223. col.

Dominica in Septuagesima.

Matth. 20.

 Onuentione facta. Docemur de mercede ante obsequium pascisci ad vitandas lites Sic Gen. 29. Laba ad Iacob. Nunquid quia frater es gratis seruiles michi? fol. 120 column. 2.

Primo mane. Discant maiores ad sua negotia mane surgere, non ad ebrietatem secundam

vt

I N O L E A S T R V M.

vt dicitur Esa. 5 Exod. 7. Dominus ad Moy-sen. Vade ad Pharaonem mane, ecce egredietur ad aquas. fo. 205. co. 2. Et Iesus diluculo venit in te plumb ut adulteram a calumniatoribus Pharisæis liberet Ioan. 8.

Quid hic statu. Docet locus iste otiosos esse a nido repellendos, & ad laborem mittendos. Dominus ad Noe Gen. 8. Egreder ex arca. fo. 60. col. 1.

Quid hic statu. Admonet non esse quiescendū, nisi prius satis laboraueris. Gen. 2. Requieuit die septimo. fol. 21. col. 1.

Quid hic statu. Omnia impiorum opera otiosa sunt; iustorum vero opera, malis otiosa videntur. Exod. 5. Otio uacant. fol. 201. col. 1.

Quid hic statu. Obi dominus ad laborandum nos incitat. Gen. 9. Capit Noe esse uir terre. fol. 65. col. 2.

Circa undecim. am. Etiam inueteratos vocat ad opus. Exo. 10. Cum senibus nostris. fol. 213. col. 1.

Cum sero esse factum. Docet nullo modo retinendā esse mercedē pauperū, nec per vnam noctem. Leu. 19. Non morabitur opus mercenarij apud te, usque mane. fol. 393. col. 1. Et Deut. 24. In die eius dabis mercedem eius. fol. 617. col. 1.

Incipiens a nouissimis. Quid fides seu fidutia valeat, docet locus iste, nisi nulla conuentione facta, sed solum in verbo patris fam. (quod iustum fuit.) confisi, laborant. Gen. 15. Ego scutum tuū

C

er

E L E N C H V S

Et merces tua multa ualde. fol. 82. col. 1.

*Redde mercedem. Memores esse debent Prin-
cipes eorum qui laborant maxime in repub.
Num. 10. Moyses ad Cobach. Benefaciet domi-
nus nobis, et benefaciemus tibi.* fol. 453. col. 2.

*Redde illis mercedem. Taxat illos qui continuū
laborem in seruis volunt, & paruam requiem
& mercedem concedunt.* Leuit. 25. *Sabbatiza-
bit terra Sabbatum.* fol. 417. col. 1.

*Redde illis mercedem. Optimi domini officiū
agit, mercedem pro laboribus dare.* Gen. 31. *Ia-
cob hoc fatetur de domino Deo. Abstulit Deus
gregem patris uestri, & dedit mihi.* fol. 126. col. 1. &
*ibidem. Nisi Deus patris mei fuisset mecum, uacuum
remissifes. Commune quidem est malis, male si
bi impensa seruitia remunerare; vt opus fuerit
Deum ab iniuitis (vt patet etiam in Ægyptijs)
auferre & suis dare. Quod dicitur Sap. 10. Red-
didit iustis mercedem laborum suorū. Et mer-
ces defraudata clamabit ad dominū Sabaoth
vt dicit Iacobus. Et Sap. 5. stabunt iusti in mag-
na constantia aduersus eos qui abstulerunt la-
bores eorum.*

*Redde illis mercedem. Etiam his qui vna hora
laborarunt. Nihil gratis vult dominus a nobis.*
*Gen. 30. Iya. Dedit Deus mercedem meam quia dedi
uncillam meam.* fol. 124. col. 1.

*Hi una hora fec. Taxant isti domini bonita-
tem. Et reuera sunt multi domini qui nullum
dis-*

I N O L E A S T R V M.

discrimen inter seruos faciunt. Leu. 22. *Inquili-
nus & mercenarius.* fol. 404. col. 1.

Dominica sexagesima. Luke. 8.

 *Vm turba plurima. Optimum concionā-
di tempus indicat. Deut. 31. Leges lcgē
istam in auribus eorum coram omni Isr. fol.
633. col. 1.*

*Simile est regum cælorum. Debent prædicatores
se se capacitatis avdientium accommodare;*
*Exo. 24. Quando ueniebat ad loquèrium cum domino
remouebat uelamen.* fol. 323. col. 1.

*Vobis datum est. Qui scilicet mea obseruatis
mandata.* Deu. 29. *Quæ abscondita sunt apud Deum
nostrum, reuelata sunt nobis.* fol. 630. col. 1.

*Vt uidentes non uideant. Multis suplitiorum ge-
neribus dominus impios torquet.* Deut. ibidē.
Non dedit dominus uobis cor ut sciretis. fo. 629. co. 21

*Vt uidentes non uideant. Non sunt sacramenta
infidelibus tradenda.* Vnde dominus Exo. 12.
Omnis filius alienigenæ non comedet ex eo. folio. 221.
colūma. 1.

*Ex clamabat. Ostēdit quod digna est doctrina au-
ditu, exclamat De⁹ cū nō auditur, raro. n. ora-
tores & proaffectu commouendo exclamant
Deut. 5. Voce magna. Deus legem dat, hœc osten-
dere volens quā sitissime a via Dei recessuros,
& male legē Dei audituros.* fol. 563. col. 2.

Dñia. inquinquagessima. Math. 20.

E L E N C H V S

SEcrito. Tractāda sunt cum amicis cō filia. Gen. 28. Nunquid celo ego. fol. 91. col. 1. & 45. Excidite omnem viuum, fol. 161. col. 1.

Filius hominis. Idest, quia peccatum Adam super se tulit, tāquā eius verus filius. Aliter se cit Adam cum ipsa vxore. Mulier quam dedisti michi. Gen. 3. fol. 29. col. 2.

Consummabūtur. Considera quam celeriter & festine Dominus promissa sua cōpleat. Nos quam tarde. Deu. 32. Dei perfectum opus. fo. 604 col. 1.

Iuſbit adduci ad ſe. Arguit hodiernos principes & iudices, ad quos pauperū nūlus audet accedere. Exo. 28. Stetit populus iuxta Moyſen, a manu, uſque ad uesperam. fol. 240. col. 2.

Iuſbit adduci ad ſe. Docet hic locus pietatem, & pauperum memoriam eſſe habendam Ge. 8. Et omnis bestia. fol. 59. col. 2.

Iuſbit aducci ad ſe. Arguit illos qui pauperum & afflitorum vocem non audiūt: nec ipſi au dientur Gen. 42. Dum depræcaretur ſuper nos. fo. 155. col. 2.

Consummabūtur omnia. Expende, omnia. Mu ta pro te patitur, & minoribus poſſet te redi mere. Gen. 1. Fructificate, & multiplycate uos. Nō ſolum neceſſaria, ſed ſuper abundātia nobis tribuit bona fol. 13. col. 2.

Reſpice. Liberalitatē in miſſerendo docet.

Nun-

I N O L E A S T R V M.

Nunquam enim Dominus in elargiendo bona parcus eſt. Vide Dominica 3. post Epiph. In illo. Volo, mundare.

Feria. 4. Cinerum. Matth. 6.

Memento homo. Ad humilitatem nos hor tatur, primam hominis conditionem in memoriam reducens. Et quia puluis in peccati pñnam factus eſt diaboli cibus. Gen. 3. Puluerem comedes. fol. 29. col. 2.

Memeto homo quia puluis es. Disce homo, qua liter inte & superbiam, & deiectionem tempe rauerit. Gen. 2. Formauit Deus hominem. folio. 21. col. 2.

Cum ieunatis nolite fieri. Docet quibus operibus & Dei gratiam cōsequamur, & conſequ tam conſeruemus. Leuit. 6. Ignis ſemper ardebit in altari. vt oſtendat nullam horam præteriri debere ſine oblatione. Et vt ignē accenſum in nobis foueamus. Flatibus cōſeruatur ignis diuinus. Scilicet oratione; tu autem cum oraue ris. Cinere quia puluis es. fo. 350. col. 1.

Cum ieunatis. Ad pñnitentiam noſ adhortatur Dominus, vt moriatur in nobis corpus peccati. Scilicet appetitus inordinatus carnis. Leu. 14. Dimittat paſſerem uiuum. fo. 375. col. 1.

Nolite fieri ſicut hypocritæ tristes. Nota nolite fieri. Ait enim Iοel. 1. Conuertimini ad me in

E L E N C H V S

toto corde in iejunio & fletu^s Leu.5. Non ponet super eam oleum quia pro peccato est. folio. 347. col.2.

Vt appareant hominibus. Nihil magis impios detinet in peccatis suis, quam facere quædam opera similia sanctis Exo. 7. Vocavit Pharaos fuentes & malef. fol. 204. col.2.

Vt uideantur ab hominibus. Et pro iustis scilicet habeantur admonet esse etiam iustos in oculis vulgi. Gen.5. coram me. fol. 53. col.2.

Vt uidcantur ab ho. Non vult Dominus suos, malis, in operibus suis, placere velle, sed solu sibi Exo.5. Qui fætere fecistis adorem nostrum. fol. 201. col.1.

Vt uidcantur ab hom. Sinit diabolus homines bona opera facere, imo ad ea instigat, sed cum aliqua conditione Exo.8. Pharao. Ite sacrificate Domino in terra hac. fo. 207. co.2.

Recepérunt mercedem suam. Quia Scilicet operati sunt loco & tempore non debito; quædā enim sunt opera iustitiae & pietatis, in aliquo tempore & loco, in alio vero sunt impietatis & nullius momēti. Sic Num.6. Super patre suo & matre sua non polluet se. fol. 444. col.1. Et Ibi. 9. Facient filij Isr. phæse in tempore suo. follio. 450. columnā. 2.

Nolite thesaurizare. Expende hic Dei prudētiam, & quam sapientem agit reformatorem, paulatim eos ab avaritiā malo abducendo. Sic

Leu.

I N O L E A S T R V M.

Leu.17. Non sacrificabunt adhuc sacrificium. fol. 383. col.2. De hoc in festo .Sancti Andreae faciam vos fieri;

Feria.5. Cinerum. Matih. 8.

 Enturior rogans cum. Docetur hic quam debeant Domini curam habere suorum. de quo vide supra Dominica.5. post Epiphaniam patri fami. Et fe. 4. Do.3.

Puer meus iacet. Admonet nos locus iste & serui & si serui non contenendi sunt, maxime si fideles sunt Gen.39. De Ioseph seruo. Preposuit eum Dominus domini sue. fol. 147. col.1.

Puer meus iacet. Disce qualiter seruum debeat tractare Exo.21. Si emeris seruum Hebreum sex annis. fol. 252. co.1.

Puer meus iacet. Docemur hic quod in insirmitate comiter sunt serui tractandi, aliter vero cum valent, maxime vero si non fideliter se habent Gen.16. Videns se Agar grauidam de spe, fol. 85. col.1.

Puer meus. Non dicit ancilla mea. Ancillæ ad uxore pertinent serui ad viros. Ibi. Ancilla tua in manu tua es. Et ibi cum humiliaret eam. Non inueni tā fidē in Isr. Sanctissimus.p. Aug. ad Boni. habetur. 23. c. noli existimare nemine. Deo placere posse qui armis bellicis ministrat in his erat David & Iudas macha. & eorum

C 4

qui

E L E N C H V S

qui coniugati. Gen. 5. Ambulauit Enoc cum Deo & tulit eum Dominus. fol. 42. col. 1. Et ad idem de Noe coniugato. cap. 6. Noe inuenit gratiam in oc. fol. 49. co. 1. & cap. 7. Te enim uidi iustum coram me. fol. 53. col. 2.

Dico huic uade & uadit. Vbi omnia in Dei manu posita esse fatetur. Ipse medetur & ipse flagellat. Bona & mala de manu eius accipimus. Ægre fert enim Deus, si in aliū eius beneficia referas, ita etiam si flagella. Deu. 32. Ni si iram inimici timorem. fol. 640. col. 2.

Feria. 6. Matth. 5.

Audistis quia dictum est antiquis. Eset satis impijs impie viuere, modo statuta ini-
qua nō stabilirent. Vnde Le. 19. Præ-
cipitur. In statutis corū non ambulabitis. fo. 386. c. 2

Ego autem dico uobis. Illud ego. Dei maiestatem præ se fert. Vnde constat ex hoc loco eum qui leges condere vult debere prius ostendere Dominium suum. Vnde Leu. 18. Ego Do-
minus uester. fol. 386. col. 2.

Ego autem dico uobis. Expēde cur debeas præ cepta seruare, solū sufficere deberet quia Do-
minus præcipit. Deu. 5. Quem ad modū præcepit tibi Dominus Deus tuus. fo. 570. co. 2. Et ibidem. Dominus Deus pepigit nobiscum pactum in choreb.
Multis rationibus obligamur ad Dei ob-
seruanda mandata. Aliquando ex beneficijs exhibi-

I N O L E A S R V M.

exhibitibus, ut hic qui solem suum oriri facit. Et ante hoc, ut patet ca. 4. Math. multos curauit infirmos. Extimore, ego autem, qui sum sci-
licet Dominus & punire possum. Ex præmio
Vt sitis filij pat. de quo Deu. 6. Iustitia erit no-
bis si custodierimus. fol. 574. col. 2.

Diligite inimicos uestrros. Si Dominus est qui præcipit, bona præcipit, & nobis omnibus vti-
lia, cuius multæ sunt causæ. Exo. 23. Non ejciam
afacie tua uno anno. fol. 266. col. 2.

Diligite inimicos. Expede quam lōge te esse
velit auindicta qui te diligere præcipit. Michi
vindictā ait Dominus. Ge. 4. ait Lamec. Quia
septem pliciter vindicabitur Cayn. fol. 39. col. 2.

Benefacite ijs qui. Optima hæc est vindicta
contra inimicum. Exo. 23. Si occurreris boui ini-
mici tui, reducent o redusses. fol. 275. col. 1.

Orate pro persequ. Magni momēti est apud
Deum, pro inimicis oratio. Stephani oratione
vt author est sanctissimus Pater August. Pau-
lū habemus. Et Dñi oratione in cruce Percu-
tientes peccatorū sua reuertebantur Exo. 8. Cla-
mauit Moyses ad Dominum. fol. 207. col. 1.

Orate pro persequentiib. Nota persequentiib.
Licet te auctu persequantur. Magnū enim
apud Deum habet repositum præmium talis
oratio Exo. 9. Cum egressus fuero ex urbe extendam
uolas meas. fol. 210. col. 2.

Orate pro persequentiib. Magnæ est efficacitæ
C 5 talis

E L E N C H V S

talis oratio. Exo.10. Egressus a Pharaone orauit Dominū. Et non remansit locusta. fol.213. col.1. Et Num. 16. Cape acerram & pone in ea ignem. Et Stetit inter mortuos. fol.483. col.1. Et ibidem. Proiccerunt sc̄ super fac̄. Deus spirituum omnis carnis. f.482. col.2. Et ibidem. Vir unus peccauit. Et Num.12. Moyſes pro Maria & Aaron murmurantibus orat. Queso Domine ne ponas super nos peccatum. fol.463. col.2.

Benefacite his qui oderunt. Ut scilicet vobis bene sit. Si male feceritis alijs vobis male erit.

Gen.3. *Dixit Dominus ad Serpentem. fol.29. col.2.*

vt sitis filij. Omnes Dei filij sumus si diligimus. Fratrem ergo dilige. Sic Deu.23. Non abominiaberis idumeum quia frater tuus est. fol.613. col.2.

ut sitis filij. Dñi filius eris cum domini mandata seruaueris. Deu.29. Statuet te dominus sibi in populum Sanctum. fol.626. col.1.

ut sitis filij. Si non diligis manes in morte, degeneras a patre. Deu.32. Corruperunt illi nomen filij eius. Vulgata & non filij eius in sordibus, si sordibus inuoluuntur Dei filij non sunt. fol.634. col.2.

ut sitis filij Dei. Multa sunt quæ nos a peccato maxime in proximum retrahere debet, sed præcipuum est meminisse nos esse filios Dei. Deu.14. Filij estis Domini Dei uestri. Si scilicet eius mandata custoditis. fol.591. col.1.

ut sitis filij. Amorem fratrum petit, & tanta

per-

I N O L E A S T R V M.

permittit. Deu.10. *Et nunc Iſr. quid Dñs petit a te nisi ut time. Et Ecce, inquit, Domini Dei tui sunt cæli & celi cælorum. fo.1.582. col.1. 2.*

Qui solē suū oriri fa. Hæc liberalitatē Dei etiā erga pessimos prædicat. Gen.2. Inde dividitur in quattuor capita. Ut irriguā reddat terram bonorū & malorū. Sed quod præcipue notandum est, quod prius præcipuos hostes suos irrigat. fol.21. col.2.

Qui solē suū. Etiam malis qui punitionē me retur beneficia non subtrahit. Gen.4. Cognovit Cayn uxorem suam. fol.39. col.2. Et Exo.32. Descendit & duc tabula in manu eius. fol.311. col.1. Estote ergo perfecti. Ecce quales Deus vult suos esse. Gen.17. Esto integer seu perfectus. fo.87. c.1. Et ibid. Dabo pactum meum. Multa Deus permittit ut illi debita obsequia præstemus.

Attendite ne iuſtitiam uestram. Vide fer.4. Cinerum.

Nesciat sinistra. Docet hic locus nos, benefacere, & nole videri Exo.25. Cherubim extendent alas suas tegentes. fol.278. col.1.

Cum oraueris intracubiculum. Expende quantum Deus interiora diligat. Offeret adipcm. Leuit.3. fol.340. col.2.

Cum oraueris. Requirit oratio locum secretum. Genes.32. Remansit Iacob tantum. fol.130. columnæ. 2.

E L E N C H V S

Ventus contrarius. Deo absente mala patimur. Vide dominicam quartā post Epiph. Laborantes in remigando. Vide etiam Dominicam quartā post Pēthecostem. Per totam noctem.

Cognoverunt eum. Mali cognoscunt Deum in malis, boni in bonis & malis. Exod. 14. Scient Aegiptij quod ego dominus. fol. 226. col. 2.

Cum dimisisset eos. Erat ventus cōtrarius. Putant se iusti derelictos a Deo. Gen. 8. Recordatus est dominus Noe. fol. 59. col. 1.

Dominica prima quadragessimæ Math. 4.

Dicitus est Iesus in desertū. Commune est vt vitia multitudinem sequātur. Hinc sancti viri loca deserta petebāt. Gen. 6. Cum cōpissent homines multiplicari. folio. 47. columnæ. 2.

In desertum. Exigit doctrina secessum, & a multidanis curis expeditum hominem. Exo. 19. Castigationes sunt in deserto. Et in regione montis. folio. 243. col. 1.

In desertum. Quid impedimenti perfectioni afferat hominum cōuersatio, locus hic depingit. Gen. 12. Vade tibi e terra tua. fol. 74. col. 1.

Vt tentaretur. Illis maxime timenda est tentatio, qui a Deo extolluntur. Gen. 22. Et fuit post hec

I N O L E A S T R V M.

hec tentauit Deus. fol. 101. col. 1.

Tunc ductus est in deser. Ut tentaretur. Postquam audivit hic est filius meus. Hic locus nos docet in benefijs paratos esse debere ad temptationem. Exo 5. Non adiūcietis dare paleam populo. fol. 200. col. 2. Sed sunt multi iusti, qui scandalum patiuntur si aliquid sinistri eis acciderit. Exo. 17. Profecti sunt ad sermonem Domini, & non erant aquæ. fol. 236. col. 1.

Cū iejunasset quadraginta diebus. Audis hic quid valeat diuinum consortium. Exo. 34. Fuit ibi cum Domino quairag. fol. 323. col. 1.

Postea esuriit. Hec est prima tentatio quæ sequi solet ad Deum conuersos, arbitrari se abundare sub vitijs, & sub virtute indigere. Exo. 14. Melius est nobis seruire Aegiptijs. fo. 226. col. 2.

Postea esuriit. Multi ut non esuriant, & necessitatem patiantur deserta loca, & religionem etiam, vt serpentem abhorrent. Sed hoc habet iustitia, vt si quis principium aspiciat mordere videatur: sed si finem aspicias virga est. Exo. 4. Dominus ad Moysem. Quid est quod tenes in manu tua uirg. fol. 299. col. 1.

Dic ut lapides isti. Qua nos diabolus infirmiores videt, illac nos tētat, maxime si ad aliquod vitium suapte natura inclinaris. Deut 12. Robora te ut non comedas sanguinē. Sciebat ad hoc propensos H̄abreos habere animos. folio. 586. columnæ. 2.

Dic

E L E N C H V S

Dic ut lapides isti. Depingit locus iste diaboli fragilitatem, cuius suasio non sufficit ad te propellendum in peccatum, nisi ostensio exteriori obiecto Gen.3. Vedit mulier quod bona. fol. 29. col. 1.

Angelis suis. Timorem omnis mali ab eo amicti conatur, hæc magna diaboli est tētatio. Ge. 3. Ad mulierem. Non moriendo moriemini. Hoc enim maxime mulierū animum detinet, ne infacinora multoties pro labantur folio. 28. columna. 2.

Hæc omnia tibi dabo. Hoc multis promisit diabolus, vt ambitione maxime, coram ipso cendant. Gen. 14. Abraham ad Regem Sodomerum. Ut non dicas ego ditaui Abraham. fol. 79. col. 2. Vbi notent serui Dei & a nullo alio nec mala nec bona, suscipere velint nisi a Deo.

Non tentabis Dominum Deum. Diabolus timorem conabatur auferre, sed Dominus ostendit, non dimittenda esse peccata pñæ timore, sed Dei amore. Gen. 39. Iosep ad dnām suam quæ tanquam alter serpens, ipsum tentabat, dicit. Quomodo faciam malum grande? Et expende illud quomodo. fol. 147. col. 2.

Non tentabis Dominum Deum tuum. Elige prius quæ Deum habetas, post vero nō tentes. Deu. 6. Non tentabis Dominum Deum uestrum. fol. 574. columna. 2.

Dominum Deum tuum adorabis. Pessime faciūt & dia-

I N O L E A S T R V M.

& diaboli filij sunt, qui quæ Dei solius sunt, sibi vendicari volunt. Exo. 30. Super carnem hominis non ungetur. fol. 301. col. 1. & Leu. 3. Omnis a deo Domini est. fol. 340. col. 2. & Leu. 7. Omne adipem bovis. fol. 353. col. 2. Vide Dominicam 3. Quadr. In Belzebub.

Feria. 2. Matth. 25.



Tomnes angelii. Et etiam sancti eius cum eo, de quo ipse dominus Mat. 19. Se debitibus super duodecim sedes, ad quid Dominus ad homines iudicandos sanctos tuos tecum adferes? quia solent transgressores legis, excusationes adducere, ideo sanctos adduxit, qui illos accusant, & condemnant. de hoc Deu. 33. Venit cum millibus sanctis. folio. 646. columna. 1.

Venite benedicti. Expende Dei pietatem ut non patiatur bona promissa differri. Deu. 1. Sanctis habitatis in monte isto. fol. 555. col. 1.

Benedicti patris mei. Solent parentes filiis non solum suas optare benedictiones sed maiorum suorum Gen. 28. Isaac ad Iacob, Det tibi benedictionem Abram. fol. 119. col. 1. Ad idem. Gen. 48. Angelus qui redemit me. folio. 167. columna. 1.

Percipite regnum paratum. Mirabilis valde est dignatio

E L E N C H V S

natio tua Domine pro nostris beneficijs te debitorem ex hibet. Deu. 24. Tibi erit iustitia coram Domino Deo tuo. fol. 616. col. 2.

Paratum uobis a constitutione mundi. Expende Dei summam diligentiam in parando hominibus tamquam filijs, hæreditatem antequam escent. Deut. 32. Statuit terminos populis. fol. 640. col. 1. Ad hoc etiam facit illud Gen. 2. Plantauit Dominus Deus hortum. Antequam scilicet forma retur homo, ad eius delicias scilicet. fol. 21. col. 2. Vide S. Chrysost. hic.

Venite bene, quia esuriri. In meis scilicet. Deus fit creditor eorum bonorum quæ sanctis fiunt. Exod. 1. Beneficit Deus obstetricibus. folio. 189. columna. 1.

Quia esuriri. Tantum commendat pietatem, ut se recipere fateatur quod pauperidas. De. 15 fere per totum c. hoc commendatur. fol. 593.

Percipite regnum. Gen. 18. Si inueni gratiam. fol. 90. columna. 2.

Percipite regnum. quia esuriri. Audis quam bonum & lucrosum sit, seruis Dei ministrare? Deu. 1. Dominus ad Moysem. Iosue qui stat coram te. fol. 555. col. 2. Vide in festo Magdalena. Hæc autem ex quo intravit.

Domine quando te uidimus. Hoc malum Domini habent quod obliuiscuntur mercedis. Gen. 29. Da uxorem meam michi. folio. 120. col. 2. & 124. columna. 2.

Quan-

I N O L E A S T R V M.

Quam doceste uidimus. Quasi ignorarent illud, quod vni ex minimis meis fecisti, & quod vnicuique maledicuit Deus de proximo suo Gen. 4. Dominus ad Cayn. Vbi est Abel frater tuus? Et ipse. Nunquid custos sum ego fratris mei? folio. 38. columna. 2.

Ite maledicti, quia esuriri. Tuste priuatur homo misericordie beneficio, qui cum proximo misericordia non fecit, secundum illud Iacobi. 2. iudicium sine misericordia ei qui non fecit misericordiam Deu. 23. Eo quod non præuenierunt uos cum pane & aqua. fol. 613. col. 1. & etiam c. 25. Memeneto quæ fecerit tibi Am. Ile. fo. 619. col. 2.

Esuriri. Sicut nouit Dominus opus virtutis extollere & eius circumstantias. Ita nostorum malorum circumstantias scit exagerare. Math. 11. De Iohanne quid existis videre? De malis. Exod. 32. Receserunt cito de uia. folio. 310. c. 2. & Math. 23. Amant primas cat. Gen. 22. Non prohibisti filium tuum unicum a me. fol. 101. column. 2.

Infirmus fui. Mirum valde est quam minutatim Deus expendat nostra bona & etiam mala opera. Num. 7. Oblatio eius scultella argentea una. fol. 446. col. 2.

Nudus fui. Docemur hic, ut nos Dei beneficia exalteamus, quandoquidem ipse nostra tam minima sic euicit. Num. 21. Ascende putee. fol. 507. col. 2. Ad hoc facit illud. Exo. 13. Erit insignium in manu tua. fol. 223. col. 2.

D

Fec-

E L E N C H V S

Feria.5. Matth. 12.

 *Iiciebat uidentes Docet nos qua reue
rentia loca sacra debemus honorare.
Exo.3. Videbo uisionem hanc magnam. fol.
194.col.2. Et Ge.28. Vere Dominus est in loco isto.
fol.119.col.1. Et ibi.cap.4. Adam cognovit uxorem
suam. fol.37.col.1. Et Leu.26. Sanctuarium meum
timete. fol.421.col.2. Et Num.17. Omnis qui acce-
dit. fol.485.*

*Auferte ista hinc. Docet locus iste quod nec
immuda in templum inferamus, nec immun-
di ad templum accedamus. Leu. 15. Separabis
filios Isr. ab immunditiis suis. fol.377.col.1. Et Le.
21. Ad altare non accedet. fol.401.col.1.*

*Auferte ista hinc. Non lote fac. Immixti propha-
nis, sacra tangere, nec intrare debet. Vnde Le.
12. Dicitur de muliere in puerperio degente.
Omnem sanctificationem non tanget. fol.367.col.2.*

*Auferte ista hinc. Ægre fert Dominus sancta
prophanis misericordiam autem. Scilicet Iona, qui pas-
sionem tuam designat promissam, pro redem-
ptione hominum, iniquitas istorum summa
penitentia merebatur, & illis summa misericor-
dia prestatur. Psal.88. Visitabo in uirga iniqui-
tates eorum, misericordiam autem. Scilicet pro-
missam; non dispergam. vnde Rom.3. dicit Paulus
nunquid iniquitas meave. Exo.32. Duc popu-
lum ad locum. fol.312.col.1.*

*Auferte ista hinc. Vbi docentur maiores, ne
sinant loca sacra fieri speluncam latronum.
Deu. 19. Mittent seniores ciuitatis illius & capient
eum inde, fol.603.col.1.*

Feria. 4. Matth. 22.

Volumus

I N O L E A S T R V M.

 *Olumus ate signum uidere. Ingratorū ho-
minum genus est, nihil facere quæ illis
cōuleris nisi quæ cupiunt addideris;
Ge.15. Domine De⁹ quid dabis mihi? fol.82.c.2*

*Volumus ate signum uidere. Cum tanta iam vi
dissent. Magna est hominis peccatoris, erga
Deum diffidentia. Exo. 4. Ecce non credent mi-
chi. fol.197,col.1.*

*Volumus ate signum. Vide hominis misseriam
& diffidentiam, cui tot adminiculis opus est,
vt verissimis verbis Dei credat. Gen. 15. Addas
xit eum foras. fol.82.col.2.*

*Nisi signum Ione propheta. O immensa bona-
tas signum dicis te nolle dare, & das signum
quo nullum est maius. Scilicet Iona, qui pas-
sionem tuam designat promissam, pro redem-
ptione hominum, iniquitas istorum summa
penitentia merebatur, & illis summa misericor-
dia prestatur. Psal.88. Visitabo in uirga iniqui-
tates eorum, misericordiam autem. Scilicet pro-
missam; non dispergam. vnde Rom.3. dicit Paulus
nunquid iniquitas meave. Exo.32. Duc popu-
lum ad locum. fol.312.col.1.*

*Signum non dabitur. Docentur sancti, ne sig-
na faciant & si possint; curiositate, sed solum
necessitate. Exo.7. Si locutus fuerit ad nos Pharaon
fol.205.col.1.*

*Nisi signum. Et addit resurget in iud. Post quam
promittit se propter homines morte subiturū
D. 2 iudic.*

E L E N C H V S

iuditij memoratur, quia fædus mortis & sanguinis Christi, illis erat ad testimoniū. Ex. 24. Scripsit Moyses omnia uerba Domini. folio. 270. columna. I.

Nisi signum Ionæ. O immensa bonitas, cū vindictam merentur homines, misericordiam traxerit, & signum dat ut non punitiat. Projectione Ionæ in mare, omnes liberantur, & hanc liberationem, sua morte, Ionæ signo promittit. Gen. 69. ad. Noe. Statuam pactum meum tecum. fol. 49. col. 2.

Et cap. 9. Ecce ego statui pactum meum uobiscum. fol. 64. col. 2.

Feria. 5. Math. 15.

 Gressus est Iesus. Fugiendæ sunt contentiones. Ge. 26. Elongauit se inde. fo. 114. column. 2. Et vide Dominica. 4. hic Abiit.

Egressus inde Iesus. Docet non esse prouocandos qui sunt alicui rei nimium affecti. Inimici Christi, inuidia affecti erant, ne ipsos prouocet discedit. Gen. 49. Quis suscitabit enim? folio. 175. col. 2.

Fili David miserere mei. Quis te docuit O mulier filii esse dauidis? Habes hic homo ad quid nobis dantur flagella. Quis docuit centurionem ut dicat dico huic vade & vadit? Exod. 7. Sciet Ägi-

IN OLEASTRVM.

Ägyptij quod ego sum dominus. fol. 205 col. 2.

Non respondit ei uerbum. Verbo non respondebit, eius autem laborem considerat. Exod. 3.

Videndo uidi afflictionem populi mei. fol. 194. col. 2.

Dimitte illam quia clamat post nos. Vides hic in vocationem sanctorum pro peccatrice. Num. 11. Clamanit populus ad Moysem. folio. 457. col. 2.

Dimitte illam. Boni pastoris munus est seruorum pro ouibus opponere. Deu. 9. Prostrati me coram domino. fol. 581. col. 2.

Acedentes discipuli. Optima iustorum conditio ad dominum accedere ut pro alijs eret. Gen. 18. Accessit & stetit corā Domino. f. 91. col. 1.

Quia clamat post nos. Sanctissimum est domum de præcari, ut peccatorum vocem exaudiat. 1. Reg. 1. Heli ad Annam. Deus Isr. det tibi petitionem tuam. Et Deu. 33. Audi Domine vocem Iude. fol. 646. col. 2.

Quia clamat post nos. Prodest non nūquam sanctos uergere, & quasi cogere quoniam tunc frequentius orant. Exo. 17. Clamanit Moyse ad Domum. fol. 237. col. 1.

Quia clamat post nos. Docet aulicos beneficos esse debere erga miseros; hodie qui maioribus dseruunt, omnibus iniurijs sunt, nullis beneficiis, sicut illi de quibus dicit. Exo. 5. Vrgebat eos. fol. 201. col. 1.

E L E N C H V S

Non sum missus nisi adouces. Deus suos vt rem
preciosam protegit. Exo.19. Britis michi pecu-
liare aut preciosum quid. fol.243. col.2.

Domine adiuua me. Fidutiam impetrandi do-
cet. Arbitrantur multi sibi beneficia negari cū
differuntur. Exo.23. Non eiiciam a facie tua uno an-
no. fol.266. col.2.

Domine adiuua me. Nō est Deus dimittēdus,
nec est ab oratione cesandum, nisi quæ po-
stulas obtinueris. Sic Iacob ad Angelum. Ge-
31. Non dimittam te nisi benedixeris michi. fol. 130.
columna.2.

Non est bonum famere pa. Cauendum est val-
de, ne inimicus sciat quod multum desideres,
nam dura audies. Gen.34. Tollamus sororem no-
stram. Religionem etiā facient mutare. folio;
341.col.1.

Etiam Domine. Nititur mulier fiducia plena,
Deū proprijs verbis obligare. Num.14. Quem
admodum locutus. fol.473.col.1.

Etiam Domine. Magna reuerentia ipsum
vult cōcludere, vt ex verbis ipsius extorqueat
quod postulat. Hoc & fecit Iudas cū Ioseph. Ge-
n.44. Accessit ad eum Iuda. Oro Domine
interrogasti seruum tuum. Sic Nathan fecit vt Da-
uid ad peccati agnitionē adduceretur. fo.190.
columna.1.

Etiam Domine. Licet nos Deus affligat non
est ab eius conspectu recedendum Leu.10. Ex
ostio

I N O L E A S T R V M.

ostio tabernaculi non egredi emini. fol.360. col.1.

Etiam Domine. Admirabilis est huius mulie-
ris prudentia. Concessisti te Dominum esse
meum, ergo & petitionē debes cōcedere. Do-
cemur quod eos qui aliquam gratiam nobis fe-
cerunt, debere maiora præstare. Sic. Gen.16. ad
angelos Lot. Et est parua. fol.94.col.2.

Demēsa dominorū suorū. ergo catellus tu⁹ sum.
Hoc argumento nititur moses veniam a Deo
impetrare propopuli peccato. Exo. 32. Ut quid
Domine irascitur furor tuus in populum, tuum que
eduixisti. fol.311. col.1.

O mulier magna est fides tua. Ecce quid valeat
importunæ, præces. Gen.27. Eleuauit uocem suā
& fleuit. fol.118.col.1.

O mulier magna. Acquiescendum est ratio-
ni, & importunis præcibus maxime quādo vt
get miserabilium necessitas; sicut hic. Sic. Ge-
43. Si ita nunc. fol.157.col.2.

O mulier magna est fides tua. Efficacissimæ sunt
sanctorum præces Exo. 32. Et pénituit Dominū
mali quod cogitauerat facere. fol. 311.col.1.

O mulier magna est fides tua. Docet nos locus
iste quantum placeat Deo, orationes diuerfas
ad Deum fundere. Hæc iincipit. Iesu fili Da-
uid misere mei. Continuo, adorans eum dicit:
Domine adiuuame. Post. etiam Domine.
Nam & catelli. Leu. 2. Si sacrificium desarta-
gine. fol.339.col.1.

E L E N C H V S.

O mulier magna est si. Docet locus hic quid valeat aſſidua præatio. Num. 22. Surge uade cum eis 507.col.2. Vide fer.6. post. 4.dn. ecce. quem amas.

Feris. 6. Ioann.5.

Vis sanus fieri? Solet Dominus occasio nem petendi veniam , peccat oribus dare , sed multoties vltio non finit eos petere. Gen. 4. Vbi est Abel frater tuus? folio 38 col.2.

Vis sanus fieri? Licet Dominus, optime nouerit mala quæ patimur, ea tamen a nobis audiare desiderat. Gen. 21. quid tibi est agar. fol. 99. col.1.

Vis sanus fuerit? Cur Domine huic præcæteris salutē præstare dignaris? existimo fuisse prop ter eius summam patientiam in tam prolixa infirmitate. Multum enim Deo placet eius punitiones, maxime propter peccata in filias, pa cienter ferre. Vnde Ge. 4. Eua. Ac quis cui virum a Domino. fol. 37. col. 1.

Probatice piscina. Vbi oues ad sacrificium la uabatur. Omnia quæ Domino offerri debebāt prius esse mundanda docet locus iste. Leu. 9. Lavit intestinum & crura. fol. 357. col. 2. Et Exo. 30. facies comcham æneam quampones. folio. 301. col. 1.

Quinq; porticus habens. Multas Dominus ad be-

I N O L E A S T R V M.

bonum ianuas apertas ostendit. Apo. 21. Illa ciuitas duodecim portas habet , ad orientem occidētem Exo. 27. Facies atrium tabernaculi. folio. 234. col. 2.

Hominem non habeo. Solum interrogatur vis sanus fieri? & ipse hominum ciuitatis impieta tem prodit. Non debent homines plusquam oportet repondere. Sic. Gen. 42. Ad Ioseph eius fratres. Omnes filij eius dem uiri sumus. folio. 155. col. 1.

Multitudomagna langentium. Sicut homini as sueto peccatis diabolus semper peccandi occasionem offert. Ita Deus volenti bonum facere. Gen. 18. Ecce tres uiri stabant iuxta eum. fol. 90. col. 1.

Tolle grabatum tuum. Cur Domine post sanc tionem grabatum tollere vis? fateor quod vt omnibus in notescat tam admirabile opus facis. Sed in super hæc non caret misterio. Tam pessima enim res est peccatum, ob quod, etiā post reconciliationem, aliquid mali in nobis relinquitur non enim semper Deus remittit omnem pænam ne leve peccatum esse pute mus. Vnde dicitur Ge. 3. Ad mulierē. Indolore paries filios. Ad virum. In sudore uultus. Ad Mo ysem Exo. 34. dola tibi duas tabulas lapideas. fol. 321. col. 3. Sabbatum est uide Dominica 16. post Pente.

Inuenit eum in templo. Ut infide confirmaret,

E L E N C H V S

& ne ab inimicis seduceretur, & nec iterum in peccatis relaberetur. Vt titus Deus artibus, & astutis suis, ne beneficia eius amittamus. Exo. 13. Non duxite eos Deus per viam terrae phil. fol. 223. col. 2.

Inuenit eum in templo. Non vult Dominus, vt illi gratiam accepti beneficij referas, in domo tua. Deu. 16. Non poteris sacrificare phase intra unā e portis tuis. fol. 593. col. 2.

Iam noli peccare. Admonemur non sequi aliorum peccata, ne nos similis poena teneat. Leuit. 18. Ne polluamini in his. fol. 587. col. 1.

Iam noli peccare. Ad memoriā redducit peccata vt caueamus ne in simile incidas pœnam. Num. 3. Mortuus est Nadab & Abiu coram Domino. fol. 432. col. 1. Ad hoc facit illud. Num. 16. De thuribulis Datan afixis altari. Erunt insignium filii Isr. Vt sint alieno periculo cauti. fol. 483. col. 1. Et Num. 15. De viro qui Sabbatum non custodivit. Moriendo morietur vir. fol. 478. col. 2. Sic Exo. 9. Multi servi Pharaonis uidentes plagas timebant Dominum. fol. 210. columnā. 2. & 14. Cum uidissent mortuos Ægyptios timuerunt Dominum. fol. 226. col. 1. Sic. 1. reg. 12. Samuel insignum rebellium pluuiam fecit descendere. Et timuit omnis populus nimis dominum. Et Leuit. 16. Loquere ad Aaron. folio. 380. columnā. 1.

Ne deterius aliquid. Quis daret vt impij mala, quæ

I N O L E A S T R V M.

quæ Dominus alijs impijs infligit attente considerarent, & in capite alieno disciplinam acciperent; audi Dominum Hier. 7. Ite ad locum meum in Sylo, & videte quæ fecerim ei, propter malitiam pop. Et nunc quia fecistis omnia hæc. Et Num. 22. Videl Balach omnia quæ fecerat Isr. fol. 508. col. 1.

Ne deterius tibi aliquid contingat. Expende hominem cæcam libidinem qui cum videat sua peccata in alijs castigari, eadem audent magna audacia committere. Num. 25. A propinquare fecit fratri suo, madianitcm. fol. 523. col. 1.

D E S A B B A T O E T D O M I N I C A.

Dicitur in die transfigurationis.

Feria. 2. Ioann. 3.

T in peccato uestro moriemini. Magnū malum peccatum apud se habere, sed extreum, in eo mori. Leuit. 22. Non portent super se peccatum, & moriantur in eo. folio. 404. columnā. 1. Et Num. 32. Scitote quoniam peccatum uestrum inueniet uos. fol. 542. col. 2.

Quæretis me & non inuenietis. Summum malū est. Deum

E L E N C H V S

est. Deum a nobis abscedere, ad eumque non posse peruenire. Deut. 31. Derelinqua eos & abscondam faciem meam ab eis. fol. 633. col. 1. Et vide Dominica. 4. infra. Abijt.

Feria Tertia, Math. 23.

 **V**edicunt facite. Vident aliquando impij aliorum mala, neque datur illis conspicere quæ ventura sunt super eos. Num. 24. uidebo eum & non modo. folio. 519. columna 2.

Secundum opera eorum nolite facere. Munus Domini est prohibere nocitura suis. Math. 7. Cauete a falsis Prophætis. Ge. 2. Ex ligno scientia boni & mali ne comedas. fol. 22. col. 1. De quo vide Domin. 5. Post Pent. qui irascitur.

D E F E R I A . Q V A R T A V I D E Dominicam quinquagesimæ, & festum Sancti Iacobi.

Feria. 5. De diuite. Lucæ. 16.

 **T**nemo illi dabat. Solent viri impij docere filios, & seruos negare pauperibus quæ apud illos sunt. E contra pij faciunt Gen. 24. Palea, etiam pabu-

I N O L E A S T R V M.

pabulum est apud nos. fol. 107. col. 2.

Vt refrigeret linguam meam quia crucior. Malorum, est enumerare mala quæ patiuntur, peccatorum autem quæ egerint, obliuisci. Gen. 4. Major est punitio mea quam ut feram. folio. 38. columna 2.

Vt refrigeret linguam. Conueniens fuit pœna delicto. Gen. 19. Pluit Dominus super sedem picem. fol. 94. col. 2.

Recepisti bona in uitatu. Vides hic adimpletum illud Iac. 2. Iuditum sine misericordia ei qui non fecit misericordiæ. Noluit Lazarū clamantem exaudire, ipse clamat & non exauditur. Quod etiam contigit fratribus Ioseph. Genes. 42. Dum precatetur super nos. folio. 155. columna 2.

Sed si quis ex mortuis. Blasphemia est hæc, ac si Deus defecisset in aliquo ad salutem hominum, aut si ex inuidia fecisset ne homines salutem consequerentur. Sic diabolus. Gen. 3. Ad mulierem. Scit Deus quod in die qua comederitis. fol. 28. col. 2.

Tu uero cruciaris in hac flamma. Considera iustum Dei iuditium vt crucietur ille, qui Lazarum viceribus plenū cruciari videbat, & eius non est misertus. Exo. 11.. Clamor magnus. fol. 214. col. 2.

Feria Sexta. Math. 21.

Et se-

E L E N C H V S

PT sepem circundedit ei. Sunt sancta vallis multis, & sepibus custodienda Exo. 27
Facies atrium tabernaculi. folio. 284. columna. 2.

Misit alios plures. Admonitiones multiplicat peccatoribus ut non omnino pereat, ut patet fecisse cum Pharaone, & Aegipto. 2. par. 24. Mittebat eis Prophetas ut reuerterentur ad Dominum. Et Hie. 7. missi ad vos omnes seruos meos Prophetas, per diem, cōsurgens diluculo & mittens. &c. 11. 25. 27. 29. 35. 44. Et Deu. c. 1. Dic eis ne ascendatis. fol. 555. col. 2.

Misit alios plures. Fiunt cōmuniter homines Dei patientia deteriores, quod est videre in locis hic adductis. Et Romano. 2. Tu autem secundum duritiā tuam. Exo. 8. Aggrauavit cor uice hac. fol. 208. col. 1.

Misit filium suum. Multa & varia sunt offendicula, & muscipula quae Deus ponit impijs ut irretiantur & cadant, quia nolunt tot admonitionibus corrigi. Sic Dominus permittit ut sit illis in offendiculum, seruorum, & filij misio. Exo. 14. Nam dicet Pharaon. fol. 226. col. 1.

Verebuntur filium meum. Ut pacē inter ipsos colonos, & ipsum Dominum ponat, mittit filium sed occiditur ab ipsis. Exo. 2. Nunquid occidere me tu cogitas? fol. 191. col. 2.

Hic est hæres uenite occidamus. Timida est nequitia, ita ut multitudine armetur, vide Domini-

I N O L E A S T R V M.

minica. 17. Post Pent. Conuen. in unum. Malos male perdet. Ipsi contra se sententiam proferunt. Sinit enim Deus saepius, peccatores in se ipsis sententiam damnationis ferre. Sicut fecit David. 2. Reg. 12. Visit Dominus quia filius mortis est. Num. 14. Quemadmodum locuti estis in auribus meis. folio. 473. columna. 2. Et Deut. 31. Deus iustus & absque ulla iniquitate. fol. 633. col. 2.

Malos male perdet. Auferetur a vobis. Non uit Dominus iniurias illatas sine sanguine vindicare. Deuter 32. Ipsi zelare fecerunt me in id quod non est Deus. fol. 640. col. 2.

Malos male perdet. Nullus non mouendus lapis antequam peccator destruatur. Leu. 14. Precipiet sacerdos & eruent lapides. folio. 374. columna. 2.

Malos male perdet & uineam suam locabit alijs agricolis. Vbi expendendum est & summe aduertendum; quam mirabilis est peccatorum nonnumquam pertinacia, qui audientes mala super se ventura, non resipiscunt. Num. 16. Ne attingatis omnia quae sunt eis. folio. 482. columna. 2.

Malos male perdet & uineam suam locabit alijs. Vult Dominus peccatores ipsos prædicerre & decantare mala super ipsosmet ventura. Sicut legimus fecisse David cōtra semetipsum quādo Nathan Proheta locutus est ad eū. Deu.

E L E N C H V S

Deu.31. Non ne quia non est Deus meus scribere canticum iustud. fol. 633. col. 2.

Malos male perdet. Sicut opus bonum suum se quitur præmiū, ita malum, euestigio punitio. Gen. 4. Si non benefeceris ad ostium peccatum cibat. fol. 38. col. 1.

Locabit alijs agricolis. Auferetur a uobis reg. Licet ex præteritis gestis futura coniicere. Deu. 31. Ecce adhuc uiuente me rebelles estis Domino. fol. 633. col. 2.

Auferetur a uobis. Sicut non graui pæna solet Dominus punire illa vitia ad quæ homines proni sunt. Ita e cōtra grauissima pæna punit illa vitia quæ ex malitia fiunt. Exo. 21. Siquis percussit seruum, uel ancillam. fol. 2^o3 col. 1.

Auferetur a uobis regnum Dei. Vos cōtra vos ipsos profertis & iuste sententiam. Qui tot ad monitionibus minime resipuistis. Sicut cum alicui subueniendum est, omnes causæ quæ ad misericordiam prouocant, sunt ad memoriam reuocandæ. Sic e contra cum Deus aliquid punire vult, ut iustificetur in sermonibus suis, omnes immedium profert causas, talis punitio nis. Ut patet Hier. 7. & Deut. 22. Vbi suorum amplificat malitiam, deinde subdit punitionem. Ad idem facit. c. 1. Esa. & Exo. 2. Recordatus est pacti sui cum Abraham. fol. 191. col. 2.

Auferetur a uobis regnum Dei. Considerent hęc qui bonorum loca occupant. Num. 33. Erit quę admo-

I N O L E A S T R U M.

admodum cogitauit facere eis sic faciam uos. fo. 54^o column. 1.

Auferetur a uobis. Commune est Deo propter violentiam, terram ab istis auferre, & alijs tribuere. Sic Esa. 1. terra vestra deserta. Quia manus vestræ sanguine plenæ sunt. Regionem vestrā alieni deuorabunt. Et Zach. 5. Hoc hieroglifice de pingitur, iniquitas quæ milui voracis & rapacis habet alas, transmigrat in terram Senaar sic Deu. 2. Dicitur Emin antea habitabat in ea. fol. 559. col. 1.

Auferetur a uobis regnum Dei & Dabi. Mirum valde est, quod aufert Dominus, ab impijs ut tribuat iustis. Aufert regnum a Saule ut tribuat Dauidi. Aufert terram a Chananeis, & dat suis. Numquam enim Deus priuat aliquem aliquo bono nisi in loco eius aliquem meliore subroget. Exo. 32. Cōsummam eos, faciam que te in gentem magnam. fol. 311. Et Gen. 4. Quia posuit michi Dominus semen aliud pro Abel. fol. 39. col. 1. Aufert substantiam a Nabal, ut tribuat Dauid. Aufert episcopatū a Iuda & tribuit Mathiæ. Vnde Iob. 34. Conteret multos, & stare faciet alios pro eis. Aufert a Saule spiritum, quo boves dilaniabat, & dat Dauid, ut Gotliam occidat. Et Leu. 20. Omnia ista fecerunt. fol. 397. column. 2. Et Gen. 31. Abstulit Deus gregem patris uestri & dedit michi. fol. 127. col. 1. Et Exo. 11. Dabit Dominus gratiam, fol. 214. col. 1. Vide de-

E L E N C H V S

hoc in euangelio consiteor tibi pater.

Sabbato. Lucæ. 15.

Tpasceret porcos. Hominem vendunt
vitia, & misserrimo tradunt servitio
Deu. 32. Nisi Deus eorum ueniat disset eos
fol. 641. col. 1.

Cupiebat saturari. Sæpius diabolus non finit
peccatorem suis proprijs peccatis satiari. Exo.
32. Tullit uitulum & conbusit igni. folio. 311. co-
lumna. 2.

būdātius, sub peccato quā sub Deo vivere?
Deu. 11. Terra ad quam tu ingredieris non est sicut
terra Ægypti, fol. 584. col. 2.

Quanti mercenarij. Quid erit filius in domo
Dei est abūdantia. Deu. 2. Nuit ambulare tuum
per desertum, quadraginta annis non caruisti aliquo:
fol. 559. col. 1.

In se reuersus. Malis oppræssus in se reuertitur.
Abominantur multi flagella Dei. Quæ quam
bona sint hic patet. Sic Deu. 30. Et erit cum ue-
nerint super te hec omnia, & redieris ad cor tuum.
fol. 631. col. 1.

Vidit eum pater alonge. Mira est Domini dig-
natio super pœnitentes, quanto gaudio illos
fusci-

I N O L E A S T R V M.

fusciptat, dicit enim gaudiū est in cœlis super
vno peccatore pœnitentiam agente. Deu. 30.
Multiplicabo te magis quam baalim. Et. Reuer-
tetur Dominus ut gandeat super te .folio. 631. co-
lumna. 1. Exo. 6. Audiri clamorem. folio. 203,
columna. 1.

Dominica. Tertia. Quadrag.

Lucæ. 11.

Tobelzebub principe demoniorū. Magna
ingratitudo est, beneficium non re-
ferre, maior non cognoscere, sed om-
nium maxima quæ sunt benefactoris eius ini-
mico tribuere. Sicut fecit Hieroboā. 3. Reg.
12. Erectis vitulis ad populum ait ecce dij tui
qui te eduxerunt de terra Ægypti. Vide Domi-
nica 1. Quad. Dominū Deum tuum. Sic Exo.
32. Conflato vitulo dicunt. Hi sunt dij tui Isr.
quite eduxerunt de terra , Ægypti. folio. 310. co-
lumna. 2.

In beelzebub princ. Expēde obsecro quod dæ-
monium ab homine hæbræo expellit, & di-
cunt Demonium habes. Disce quanta pati o-
porteat seruos Dei ab his quorum causam a-
gunt. Ioseph victimum fratribus portabat, & di-
cunt Venite occidamus eum. folio. 142. colum. 1.

E L E N C H V S

Moyses Exo.2. Suorum causam agit & dicunt ei. Numquid occidere me tu cogitus? fol. 191. col. 2. Et ipsos ab Ægypto educere curat & dicunt ei. Exo. 5. Qui factere fecistis odorem nostrum. folio. 201. sic Ioa. 1. Dicitur de Christo Domino. In propria venit & sui eum non receperunt. In Beelzebub principe demoniorum. Nulli in vita facienda sunt bona, quoniam facile ea reprobat. Sicut patet de Dauid & Saule. Psallebat Dauid, & Saul lancea confodere illum curat. Exo. 14. Numquid non erant sepulchra in Ægypto. Expende horum ingratitudinem. folio. 226. col. 2.

In Beelzebub, Summa omnium ingratitudo est beneficia & talia, in maleficia conuertere. Non est hic homo a Deo qui Sabbathum non custodit Ioa. 5. Quia paraliticum, & etiam cæcum sanat. Exo. 14. ibi. Numquid non erant sepulchra. fol. 226. c. 2

Omnis regnum. Expende Domini patientia, nihil ad tam procacia, ne dicab blasphema verba respondet, sed summa prudentia facti rationem reddit, & argumentis probat. Idem fecit ille Iudas Gen. 44. Cum de furto arguitur. Ut quid loquitur Dominus meus. Et pro argumento veritatis addit. Pecuniam retulimus. fol. 159. col. 2.

Erunt nouissima illius. Facile homo adea in quibus diu fuit versatus, reuertitur, quod malum eius valde augere solet. Saul. 1. reg. 24. Amicitiam

I N O L E A S T R V M.

quam cum Dauid confirmat, & continuo ad solita conuertitur, & in dies peior fit. Sic Leuit. 16. Præcipitur. Ne uertatis uos ad idola. folio. 392. col. 2. Et c. 2 o. ibi. Anima que se uertit ad phitones. fol. 397. col. 1.

Beati qui audiunt & custodiunt. Non sufficit audire, sed neque credere, absque opere. Hoc notatur Ezec. 10. Vbi apparet in Cherubim similitudo manus hominis, subtus pennis eorum. Actiones enim, vita significatae per manus, sub iiciendis sunt plumis speculationis, & alis doctrinæ. Cherubim enim scientia multitudinem denotant. Et Pro. 4. Suscipiat verba mea cor tuum, custodi verba mea & viues. Nota si custodieris viues & 22. filii mi inclina aurem tuam, & audi sapientiam. Vel verba sapientiæ. Appone cor ad doctrinam meam, quæ pulchra erit tibi cum seruaberis eam. Sic Deut. 4. Et nunc Isr. audi statuta & iudicia, ut faciatis & uiuatis. fol. 565. col. 2. Et. 28. Ibi. Benedictus eris in ciuitate. fol. 625. col. 2.

Si indigitio Dei eiicio demonia. Quæ digito solent ostendi manifestissima sunt. Exo. 8. Digits Dei es istet. 1. Manifesta est Dei potentia. In Annot. Ad literam. fol. 206. col. 2.

Feria. 2. Luc. 4.

E L E N C H V S

 Enit Nazaret ubi erat nutritus. Non est oblitus generis sui infimi. Licet in alius constitutus. Exo. 2. Egressus est ad fratres suos. folio. 191. col. 2.

Fac hic in patriatua. Male s̄apieus audit patria propter malos, bene veropropter bonos. Gen. 10. De terra ista egressus est assur. f. 69. co. 2.

Fac hic in patriatua. Multa fecerat, & nunc denuo petunt, hoc est hominum ingeniū. Nihil facere quæ illis contuleris, nisi quæ cupiunt etiam addideris. Sic. Gen. 15. Abraham ad Dominum. Domine deus quid dabis mihi? fol. 82. col. 1. 2.

Fac hic in patria tua. Volunt impij pios doce re bene coperari, qui melius se finerent a pijs doceri. Exo. 8. Ite sacrificare Domino in terra hac. fol. 207. col. 2.

Non ne hic est filius fabri? Doleo amicorum, & aulicorum huius temporis cōditionem, qui cum aliquem sublimatum vident, ex inuidia progeniē inquirunt, & obietant, siquid in ea uile inuenerint sicut pater hic. Saul de David filius Ifai, non sic Pharaon. Gen. 45. Placuit in oculis Pharaonis. fol. 162. col. 1.

Eiecerunt eum. Ingrati animi est, si non cuncta quæ posulauerit concedas, in maleficia vertere accepta beneficia. Nam Christū in patria esse natum, pluris facere deberent. Exo. 17. Ut quid ascendere me fecisti ex Aegipto. f. 236. col. 1.

Eiecc

I N O L E A S T R V M.

Eiecerunt eum. Pessimum est bonum vicinum, & utilissimum a te projcere, multa enim bona perdes. Proiecit Saul Dauid, cum quo erat Deus, Sancte Deus quanta bona perdidit? quid erit Deū a te ablegare? Leu. 26. Ponam tabernaculum m̄cū in medio uestri. Optimus vicinus Deus. f. 421. col. 2. Vide in fest. S. Ioā audierunt vicini. Et in dedicatione.

Transiens per medium illorum ibat. Admonentur qui alias non sponte offenderunt, eorum fugere conspectum. Deut. 9. Tres urbes separabitis tibi in medio terræ tuæ. fol. 602. col. 2.

Transiens autem per med. Arbitrantur multi nihil periculi esse inter impios habitare, & totto cœlo falluntur. Deu. 29. Vos enim nostis quod habitas in terra Aegipti. fol. 629. col. 2.

Nullus Propheta acceptus in patria. Quid impedimenti, ad Dei res tractandas, afferat paterna domus, patria, consanguinei ad viuum locus iste depingit. Vnde Genes. 12. Ad Abramah Dominus. Vade tibi e terratua. Scilicet ad Dei cultus res tractandas. folio. 74. column. 1.

Feria. 3. Math. 18.



Orripe eum & lucratus eris. Audiendi sunt, quinos prohibent, & arguunt dum mala facimus. Genesis. 42.

E L E N C H V S

Non ne dixi uobis nolite peccare in fratrem? folio. 355. col. 2.

Corripectum. Docet, & etiam præcipit nos, peccantes debere admonere nostris verbis. Gen. 19. Ne nunc fratres mei male faciatis. Sed pessime accipiunt. Vide ibi. fol. 93. **V**ade ultra. Et dicentes. **V**nus uenit. Et. **N**unc magis male faciemus tibi? Adhibe tecum duos. Homo alterius tenetur manifestare peccatum, ad bonum ipsius; vt ex hoc loco patet. Leu. 5. Homo cum peccaverit, & audierit uocem iuramenti. fol. 346. col. 2.

Si te non audierit. Sunt multi qui audire correctiones nolunt vt patet de filiis Heli. Et de Saule. 1. reg. 15. Cum arguitur a Samuele. Imo multi contra arguentes insurgunt. Vt patet Exo. 2. Quando Moyses arguit rixantes Hebrewos. **Q**uis posuitte uirum Principem super nos? fol. 191. col. 1. Et Gen. 19. De Lot vt diximus. **V**nus uenit. fol. 93. col. 1.

Dic Ecclesiæ. Etiam habes nihil mali esse, si post correctionem fraternalm, vel illa omissa, (quando nō exte libenter acceptabitur, & maxime, si negotium est de rebus fidei, & est periculum in mora) pergas mala maiori nuntiare. Sicut legimus fecisse Ioseph. Gen. 37. Retulit famam eorum malam. folio. 141. col. 2.

Dic Ecclesiæ. Publice peccantem, publice argue. Gen. 21. In crepauit Abraham Abimelec. fol. 99. col. 2.

Feria

I N O L E A S T R V M.

Feria. 4. Quare dis. Matth. 15.



Vare discipuli tui. Domini sunt culpan di, si eorum serui male agunt. Gen. 21. In crepauit eum propter puteum, quem rape rant serui eius. fol. 99. colum. 2. Et Exo. 32. Non arguit Moyses populum, sed Aaron sacerdotem. Quid tibi fecit populus iste? fol. 311 col. 2. Vide de hoc in festo Magdalæ, & assumptionis.

Traditiones seniorum. Non debent filij parentum suorum leges mores q; si a ratione deviāt, obseruare. Sic fecit filia Pharaonis. Exo. 2. Mis ferta eius de pueris Hebreorum est iste. folio. 191. columna 1.

Qware discipulitui. Sequntur homines in ma lo seniores & parētes, & nolunt se qui in bono. vnde conqueritur Deus Deut. 32. Secuti sunt Deos quos non coluerunt patres eorum. 1. Religionē suorum sequi noluerunt. Moyses dese Exo. 15. Deus patris mei & exaltabo eum. folio. 230. columna 2.

Non labant manus. Conuincit locus iste eos qui sese expectatores curiosos exhibent, oculatius cuncta rimari, & videre, quam videant ipsis qui munus administrant. Exo. 18. Et uidit sacerdos Moysis. fol. 240. col. 2.

Non labant manus. Isti solū de externa immun ditia solicitantur, at Deum scimus prius inter

E L E N C H V S

nam amare; licet externam p̄cipiat, ob mini-
sterij defentiam. Sic Exo. 19. P̄cipit Domi-
nus. *Lababis eos aqua.* fol. 196. col. 1.

Non labant manus cum panem. Nesciunt isti mi-
seri, externam munditiam solum esse signum;
quatum Deus internam curat, & vellit. Sic
p̄cipitur. Exo. 30. *Facies concham Aeneam.* fol.
301. col. 1.

Quare & vos. Qualiter Deus res iustorum ca-
ret, textus iste indicat. Gen. 10. Venit Deus ad
Abimelec. fol. 96. col. 2. Et Ibidem. Etiam ego
noui, quod imperfectione cordis tui. Corripuit
pro eis reges. Et Gen. 31. Venit Deus ad Laban no-
ste. fol. 127. column. 2. Et Num. 12. Et audiuit
dominus. fol. 463. col. 1. Et c. 14. Usquequo irrita-
bunt me populus iste. Nota me & murmurant
contra Moysen. fol. 472. col. 1. Et ibid. c. 22. No
pergas cum eis, neq; maledicas populo quia benedictus
est. Mira valde est Domini solicitude erga
suos. fol. 508. col. 2. Vide Dom. 5. Post epiph.

Quare & vos transgred. Sunt peccata quæ mer-
cedem suis authoribus retribuunt. Gen. 9. Pla-
tauit uineam. fol. 65. col. 2.

Quare & vos. Veniunt ab Hierusalem magni
viri, & comitatu splendido, & magno sumptu,
& audiunt quare & vos? emunt impij mala
quibus alijs nocere cupiunt. Sed oleum perdunt;
imo se suis mucronibus iugulant sic legimus
Num. 23. De Aram adduxit me Balac. fol. 513. col.

2. Vi-

I N O L E A S T R V M.

2. Vide Domin. 3. Aduentus nisserunt:

Quare & vos transgred. Multi plures faciunt
minora peccata & cæremonias quam grauissi-
ma. 2. Reg. 12. Dauid inquirit. An mulier quā
adulterio polluit sanctificauerit se ab immū-
ditia, & non curat, an sit coniugata. Et Ioan.
19. Iudæi non ingrediuntur prætorium, vt non
contaminarentur, sed vt manducaret pascha.
Et nihil verentur Christum morti tradere.
Gen. 38. Multum solicitatur Iudas de mitten-
do hedo, & nihil curat de adulterio. Et post di-
cit. Capiat sibi. Ne sinus contemptui. Expende cō-
temptui. fol. 146. col. 1.

Honora patrem tuum. Instruuntur filij vt parē-
tes curent, maxime in senectute positos. Eccle-
siastici. 3. Suscipe senectam patris. Sic faciūt Ci-
coniae. Et Gen. 27. Isaac senex ad Esau fac mihi
cibos quemadmodum dilexi. fol. 117. col. 1.

Honora patrem tuum. Vbi vides parentum ho-
norē, suo hic prætulisse. Sic præcipitur Exo.
20. Honora patrem tuum & mat. fol. 248. col. 2. Et
Leuit. 20. Contrarium prohibetur mortis com-
minatione. Qui maledixerit patri suo & matri sua.
fol. 395. col. 2 & fol. 397. col. 1.

Honora patrem. Non verbo solum, sed opere
docet, parentum summam curam habendam
esse. Gen. 45. Escam patri suo pro itinere mit-
tit Ioseph. Et ibi. Posuit me Deus in Dominum fol.
162. col. 1. Expende quid euenerit Cham, quia
patris

E L E N C H V S

patris occulta dedecora non celauit. Gen. 9. fo. 65. Vedit Cham patris turpitudinem. Et considera quid acciderit Absalon, quoniam contra patrem eleuatus est. Et simul nota quā graue malū sit patres offendere. Rubem quia de honestauit patris torum ut dicitur. 1. par. 5. Primo genituram perdidit, & ad ipsum. Gen. 49. Pater dicit. Tu fortitudo mea. Vel labor meus. fol. 168. col. 1. & 175. col. 2. Et hoc videtur præcipi a Domino Leu. 18. Turpitudinem patris tui & matris tue non reuelabis. fol. 387. col. 1. Et Deut. 27. Maledic etiū vilipendens patrem suum. Sunt quædam virtus quæ homines pro nihilo reputant, quæ certe sunt grauia. Sicut parentes vili pendere & alia huiusmodi. fol. 62. col. 2.

Quare & uos transgredimini. Conqueruntur ipsi, & Dominus culpam maiorem obiicit illis. Sic populus ad Pharaonem. Exo. 5. Dicit quod opprimitur laboribus, & ipse ad illos. O tuo uacatis, nō do uobis paleas. Sed iste iniuste illos redarguit. fol. 201. col. 1.

Honora patrem tuum. Alias onera. Quos enim volum⁹ honorare, munerib⁹ oneramus. Exo. 20. Honora patrem tuum & matrem tuā. In annot. Ad literam. fol. 246. col. 2.

Vt prolongentur diestui. Quia munus vitæ aptare habemus post Deum, dignū est, vt ei qui gratus est, beneficio vitæ quod a parentibus accepit, conseruetur vita. Vide ibi.

I N O L E A S T R V M.

Vt prolongentur. Propter quatuor pollicitur Dominus prolixam vitam, ob pietatem in aues. Deut. 22. vt bene sit tibi, & prolongare facias dies. fo. 610. c. 1. & Propter recessum ab immunitate. Deut. 23. Tercio propter iustitiam servatam impondere & mensura. Deu. 25. Ut prolongentur se diestui. Vbi hæc quaruor habes. fol. 619. 4. Propter parentū honorem. Exo. 20.

Mandatum Dei propter. Semper Dominus sacerdotū auaritię obuiat, vt non sibi offerant quæ ipse refutat. Leu. 22. Demana alienigenæ non offeres panem. fol. 404. col. 2. Et ibidem. Munus crudele non acceptat Dominus. Crudele enim est id offerre, quod a patre fame pereute aufertur. Et. Die octauo, & deinceps. Ibidem.

Sinite illos. 1. Disidium sit inter vos & illos. Aliquando suos admonet ad pacem aliquando ad bellum. Gen. 14. Expediuit pueros domus. fol. 79. col. 1.

Non quod intrat per os coquinat hominem. Iste multi faciebant externam munditiam, sed magis interiorē curare deberent. Deus multoties illis inculcat exteriorem munditiam, vt hinc eliciant quanto magis desideranda sit interior. Leu. 5. Homo qui tetigerit omne immundum. folio. 346. col.

Scis quia Pharisæi auditio hoc uerbo. Iam cogitabant se capturos iri, a pharisæorum caterua. Sunt multi etiam sancti tan timidi ad bona, ac si ma-

E L E N C H V S

si mala essent, quos Deus vellet Aquila ad altissima prouocat. Sinite illos cæci sunt, q.d. ipsos ne timeatis, sed mysterium munditiae intellige. Quos postea redarguetis, demedicentes, quem vos crucifixistis. Sicut Aquila prouocat pullos qui timore percit i volare non audebant. Deu. 32. Ut Aquila que excitauit nidum suum. fol. 640. col. 2.

Cæci sunt & duces cæcorum. Cauenda sunt gratia peccata, ab quæ solet Dominus impios obcæcare, & illorum corda ob durare. Exo. 4. Ego indurabo eorum cuius. fol. 198.. col. 1.

De corde excent. Admonet nos locus iste, ea potius esse mundâda quæ sordibus occurrentibus magis fædari solent. Exo. 31. Candelabrum mundum. fol. 304. col. 1. prou. 25. Auser rubiginem de argento.

Feria. 5. Luca. 4.

Trovauit in domum Simonis. Sunt sacerdotes & pastores qui postquam semel morbosum hominem inuiserint ad eum amplius non reuerteretur. Christus intrat & sanat. Leu. 14. Reuertetur sacerdos die septimo. fol. 374. col. 2.

Imperauit febri. Vide Dominicam. 4. Post epiphâ, imperauit ventis. Et fer. 5. Cinerum dicto huic yade.

I N O L E A S T R V M.

Socrus Simonis. Propter Simonem, eius socius sanatur. Gen. 7. Dixit Dominus ad Noe ingredere tu. fol. 53. col. 1. Vide feria. 6. Post quartam Domini. Quadrag. In illo. Misserunt sorores ad eum. Et vide Domin. 5. Post epiphâ. finite utraque.

Feria. 6. Ioan. 4.

Portebat eum transire per Samariam. Non dedignentur maiores se apud minorres excusare, eorum quæ mali specie habere videntur. Quia eorum opera apud minores etiam minima mille oculis iudicantur. Sic Pau. 2. cor. 1. volui prius venire ad vos & per vos transire in Macedoniam, cum hoc voluisse numquid levitate vobis sum? Sic acto rum. 16. Cum venissent autem in Missiam tentabant ire in bithiniam, & non permisit eos spiritus Iesus, & quæ sequuntur. Sic Gen. 48. Dat rationem Iacob Ioseph, cur Rachel in patrum sepulchro non sepelierit. Cum uenirem ex Mesopotamia mortua est Rachel. fol. 167. column. 1.

Oportebat eum tras. Oportebat equidem, ut tatum bonum ibi faceret oculata sunt omnia iustorum. Oculus, manus, pes. Ibi, Prudenter dirigens Iacob manus suas. Ibidem. folio. & columna,

E L E N C H V S

Venit in ciuitatem quæ dicitur Sichar. Oportet nos locorum in quibus Deū offendimus, meminisse. Ut quoties nobis locus occurrerit, toutes ingemiscamus. Exo. 17. Vocavit nomen loci tentationem, & litem. fol. 236. col. 2. Vide Fer. 6. post. 4. Domin. Vbi posuistis.

Quē dedit Iacob Ioseph filio suo. Discant parentes gratos esse filijs. Et etiam ex hoc loco patet posse patrem filiū meliorare. Gen. 24. Seruus Abrahæ. Ad patres Rebeccæ. Dedit omnia quæ sunt ei. Hinc habes ortum maioricatus. fol. 107. Et. 48. Iacob ad Ioseph. Dedi tibi partē unā. Abstulit a Ruben quia violauit torum patris, & dat Ioseph. ut dicitur. i. part. 5. folio. 167. columna. i.

Erat ibi fons. Notanda sunt loca in quibus a Deo aliquod beneficium accipimus. Sic Iosue. Lapi des duodecim posuit in medio Iordanis. capite. 4. Ut tanti beneficij memoria in eodem loco remaneret. Sic. Gen. 28. Iacob. Vocavit nomen loci Bethel. Nomen loco indidit nouum, ob memoriam tanti beneficij. fol. 119. col. 2. De hoc vide Fer. 6. Post quadrag. Domini. Vbi posuistis eum.

Hora erat quasi sexta. Discant ex hoc loco maiores, ad populi negotia, mane surgere, non ad ebrietatem festandam. Hic Christus absq; eibō manet usq; ad horam sextam, & prius in huius mulieris conuersione occupatur sic q; dicit

I N O L E A S T R V M.

dicit meus cibus est, vt faciam voluntatem patris mei. Exo. 7. Vade ad Pharaonem m. nō ecce egrediebor ad aquas. fol. 205. col. 1. Et. Gen. 43. Me cum comedent uiri meridie. Expende meridie, prius in populi negotijs occupatur. folio. 158. col. 2.

Hora erat quasi sexta. Iustorum est, aliorum negotia & cōmoditates, suis delitijs & communitatis anteponere. Tho. 2. Cum audiret Sanctissimus vir ad mensam positus iugulatum in platea iacere, statim exiliens de accubitu suo, relinquens pranum ieiunus peruenit ad corpus. Et Gen. 24. Ille seruus Abrahæ. Non comedam. Prius Domini sui negotia proponebit & si ex itinere defesus. fol. 107. col. 2.

Hora erat quasi sexta. Non sic iusti, & spirituales festinant ad terrena, sicut carnales. Spirituales enim expectat æterna. Sic prius egressus est Esau. Gen. 25. Egressus est prior nffus. folio. 112. col. 2.

Ut cibos emerent. Christo occupato in Samaria conuersione discipuli cibos curant. Adū brat locus iste Domini ministri in Dei operibus occupatis, maxime in Dei verbo anquantiando, ab alijs esse sustentandos. act. 6. Non est equum nos derelinquere verbum Dei & ministrare mensis. Exo. 17 Aaron & Hur sustentabant manibus suis manus Moysi. fol. 237. col. 1.

Ut cibos emerent. Christo in conuersione Samari-

E L E N C H V S

maritanorum occupato. Sui cibos querunt. Vides hic ad viuum depictam differentiam inter eos qui coelestia, & qui terrena querunt. Gen.13. Dominus ad Abraham. *Sicut puluerem terre.* fol. 76, col. 2.

Ut cibos emerent. Coguntur pauperes omnia emere etiam vilissima, & multoties propria sua. Gen.30. *Dormiat tecum nocte pro mandragora.* fol. 124, col. 1.

Ut cibos emerent. Non vult Dominus, nos transeuntes alicui esse iniurios, nihil vi ab aliquo auferre, omnia prætio comparare. Deu. 2. *Cibum ab eis emetis argento.* folio. 559, column. 1. Et Num. 20. Non transibimus per agrum, folio. 498, column. 1. Sic. Gen. 33. Emit Iacob partem agri, folio. 132, column. 1. Sic. 23. Abraham sepulchrum noluit gratis. *Dabo argentum,* folio. 103, column. 2. Sic Iob dicebat, capite. 31. Si fructus eius comedи absque pecunia.

Tu Iudeus cum sis. Docet mulier eti peccatrix, mulieres cum viris non debere miscere colloquia, maxime separatim. Gen. 3. Quæ dixit ad mulierem. fol. 27, col. 2.

Tu Iudeus cum sis. Non enim contutur. Expende quod cultricem se suæ religionis ceremoniarum ostendit. Et licet peccatrix esset, bonam se esse dissimulat, & dicit non habeo virum. Vbi vides peccatum suum abscondere. Vult enim

I N O L E A S T R V M.

enim Deus quod et si bonus non sis, saltē bonus videri vellis. Non enim æquo Deus animo vñquam tulit eos; qui peccata sua præ dicant, aut iactant. Gen. 19. *Vocavit nomen eius Moab.* fol. 95, column. 1.

Tu Iudeus cum sis. Cum fueris odio habitus, disce non te miscere his qui te oderunt. Dominus suis. In viam gētium ne abieritis, & in ciuitatem Samaritanorum ne intraueritis Math. 10. Sic Joseph ad fratres. Gen. 46. *Dividetis uiri pastores sunt servi tui.* folio. 163, col. 2.

Non enim contutur. Non debet patria bene instituta, facile permittere habitatores suos, peregrina regna in quibus habitatores licentiosius uiuent, adire. Vnde Leu. c. 18. Secundū opus terre Ægypti in quas habitastis non facietis, fol. 386, col. 2.

Si scires donum Dei. Docemur examinare dona Dei. Num. 13. *Mitte tibi uiros.* folio. 467, col. 1.

Salus ex Iudeis est. Innatum est vnicuique suū genus in omnibus extollere. Gen. 24. Noluit de Chananeis fœminis Abraham uxori filio tribuere. Ait ad seruum. Perges ad terram & cognationē meā. fo. 107, col. 1. Et Gen. 21. Agar uxori Ægyptiā filio dedit. Accepit ei mater uxori. f. 99, col. 1. Sic. Gen. 28. Isaac ad Iacob mādauit, vt nō acciperet uxori de filiabus Chananeorū. Capte uxori de filiabus Labā. fo. 119, col. 1.

E L E N C H V S

Mulier crede mihi. Tenemur etiam non pentibus confilia præstare, cum nobis egere vi dentur. Exo. 18. Iethro ad Moysen. Audi uocem eam & consulam tibi. fol. 241. col. 1.

Vos adoratis quod nescitis. Docet nos locus iste, nos cum aliorum terras & regna ingredi mur, mores tam bonos quam malos explorare, & si possumus malos corrigere. Sicut fecit Loth apud Sodomitas. Sic Iethro. Exod. 18. Et uidit Soher Mosis. fol. 240. col. 2.

Veri adoratores ador. Vbi cunque Deum posse nunc adorare docet. Antiquitus summa prudentia Deus vetabat, ne multis in locis immolarent. Ne simul locorum multitudem, Deorum colluuiem afferret. Deu. 12. Sed locu[m] quæ elegerit Dominus D. V. fol. 586. co. 2.

*Mirabantur quia cum muliere loquebatur. Nunquam hoc viderant, ideo mirantur. Vbi doce mur fagiendum esse a confabulatione mulierum. Vbi sunt qui sibi ipsis fidentes inter medios fœminarum choros se securos esse arbitrantur? Vnde Gen. 6. *Videntes filij Dei filias hominum. Expède quod solum visus fœminarum tatu[m] malum peperit.* f. 48. co. 1. Vide S. p. Aug. Et S. Ciprianu[m] de singularitate clericoru[m]. Et S. Hier. ad nepot. Eccle. 42. in medio mulierum noli commorari. De vestimentis. n. procedit tinea, & a muliere iniquitas viri: sicut enim tinea vestem corruptit, & perdit, ita mulier vi rum*

I N O L E A S T R V M.

rū. Sequitur. Melior est iniq[ua]tas viri. Quam benefaciens mulier. q. d. melius, sanius, & ad virtutem vtilius sufferre iram viri, quam mulierem virum demulcentem, & bla[ndi]centem. Sic enim dicitur proverb. 7. Irratiuit eū multis sermonibus, & blanditijs labiorum protraxit illum.

Alij laborauerunt. Solent iniqui bonis thesaurizare, potius quā sibi. Deu. 6. Ut daret tibi urbes quas non edidit. fol. 574. col. 2.

Alij laborauerunt. Boni, locum malorum, & diuicias sine labore hæreditat. Vt patet de David, qui locum, diuicias, & mulierem Nabat absque labore accepit. 1. Reg. 25. Et Leuit. 20. Omnia ista fecerunt, & detestatus sum eos. fol. 397. column. 1.

Alij laborauerunt. Solent boni malorum labores comedere. Leu. 26. Comedent semen uestrum, inimici uestru[m]. fol. 422. col. 1. Labores Saul comedit David. Ecclesiastes. 2. peccatori autē dat Deus labore & curā superfluam, vt addat & congreget, & tradat ei qui placuit Deo. Iob. 30. Si secutus est oculus meus cor meū, & si manibus meis adhæsit macula, seram, & aliis comedat. Et vide Iob. 27. Præparat manus vestimentū, iustus vestietur illis. De hoc vide Feria. 6. Post. 2. Dominica. Auferetur a vobis Psal. 104. Dedit illis regiones gentiū, & labores populorum comedenterunt.

E L E N C H V S

Sabbato. Ioann. 8.

Modo deprehensa est. Ostendit grauiori prenamulcandum, qui in delicto deprehenditur, quam qui de eo coauincitur. Exo.22. Si imperfessione inuentus fuerit fur. fol.259.col.2.

Iubet huiusmodi lapidare. Si testibus conuincebatur, lapidabatur. De hoc agitur late. Num. 5. Cum diuerterit uxor cuiuspiam. Et. Veniet a qua deficer. fol.440.col.1.

Huiusmodi lapidare. Non mirum si hoc inter Hebreos fieret, cum gentes etiam summe ab adulterio abhorrerent. Gen.20. Abimelech ad Isaac. induxit super me, & super regnum meum peccatum graue. folio.96.columna.2. Et. Gen. 12. Ad Abraham. Ut quid non indicasti mihi quod uxor tua esset? fol.75.col.1.

Adduximus ad te. Omnia peccata ad iudicium ante Deum venire oportet. Gen.3. Vocauit Deus Adam. fol.29.col.1.

Qui sine peccato est uestrum. Docemur innocentes tueri contra iustitiae ministros riguroso. Non desunt qui dicant, fuisse hanc inuite cognitam, quam lex a morte libererat. Deuteronomij vigesimo primo. Sed hoc non bene quoniam Dominus dixit ad illam, vade, & amplius noli peccare. Deut.19. Tres urbes se-

para

I N O L E A S T R V M.

parabis tibi, in medio terra tuae. folio.602. column.2.

Qui sine peccato est uestrum. Docemur hic, non addere afflictio afflictionem Gen.4. Omnis qui occiderit Cain. fol.39.col.1.

Vnus post unum. Aduerte qualiter qui in alios seuiunt peccatores, cum se feroci intelligunt mitius iudicant. Gen.38. Agnosce cuius sit sigillum. fol.146.col.1.

Nemo te condemnavit mul. Quid benignus Dominus? qui tanta facilitate nostra gravissima condonat peccata & melius est incidere in manus Dei, quam incidere in manus hominum. Sed expende quod quemadmodum nihil iucundius, nihil molius Deo propitio, ita nihil durius, nil horribilis Deo irato. Leu.26. Si ambulaueritis tecum ex aduerso, ambulabo etiam ego uobiscum. folio.422.columna.1.

Dominica.4. Ioan.6.

Abijt. Debet odiosus illorum cauere cōspectum quibus est odiosus. Gen. 37. uidentes eum fratres. fol.142.col.1. Et c.27. Donec quiescat. fol.118.col.1.

Abijt Iesus. Peccatum est in causa, ut Deus a nobis recedat. Numerorum. 12. Iratus est furor.

E L E N C H V S

*furor Domini contra eos, & alijt. folio. 463. co-
lu. 2. Esa. 50. in sceleribus vestris dimissi ma-
trem vestram. & 59. peccata vestra absconde-
runt faciem eius a vobis.*

*Cum subleuasset oculos. Tanta necessitate cō
pulsus oculos subleuat, vbi quanta custodia
oculi claudendi, & custodiendi sint nobis, hic
pulchre admonemur. Num. 15. Non explorabit
cor uestrum oculos uestros. fol. 478. col. 1.*

*Vnde ememus panes? Nota, nonnunquam ostē
dendum esse te consilio autope alicuius indi-
gere, licet non indigeas, vt cum in fide melio-
res. Num. 10. Dixit Moyses ad Chobab. fol. 453. co-
lumna. 2.*

*Vnde ememus panes? Qualis sit cura parentum
erga filios etiam iam prouectos, locus iste pul-
chre ostendit. Gen. 42. fol. 155. columna. 1. Vi-
de Domin. Quintā post Epiphaniam. Patri
familias.*

*Vnde ememus panes? Docentur sapientes alio
rum audire consilia. Exo. 18. Paruit Moses uoci
socii sui. fol. 241. col. 1. Vide Gregorium in
Pastorali cap. 9.*

*Vnde ememus panes? Ostendit se Dominus
aliquando nostro consilio & auxilio indigere,
vt nostram inficitiam nobis ostendat, & imbe-
cilitatem Num. 2. Vnus quisq; iuxta uexillum. co-
43. columna. 1.*

*Vnde ememus panes? Prouidentiam Deier-
ga nos*

I N O L E A S T R V M.

*ga nos tanquam pii patris ostendit loco & fo-
supra cit.*

*Ducentorum denariorum. hæc est hominum
conditio impossibilia facere, quæ Deo facilli-
ma sunt Nu. 11. Sexcenta millia peditum suū, & tu
dixisti, dabo eis carnem ad mensim? fol. 459. col. 1.*

*Quid sunt inter tantos? Solent veri iusti ad ex-
tolenda beneficia diuina ea quasi impossibilia
ostendere. Gen. 17. Nunquid centenario nasceretur
filius? 88. col. 1.*

*Est puer unus hic. Solet Hebraismus omnes
ministros pueros vocare Iohue filium Nam puer.
Exo. 33. Et Num. 11. fol. 459. col. 2. Et Iosue. 6.
Vbi de exploratoribus dixit textus, ingre-
si sunt pueri bellatores, & Christus Io. 2c. Pue-
ri nunquid pulmentarium habetis?*

*Est puer unus hic. Sicut iniquus omnes mini-
stros impios habet, sic iustus omnes iustitia
præditos. Gen. 43. Deus uester, & Deus patris ue-
stri. fol. 158. col. 1.*

*Facite illos discumbere. Considera Dei sapien-
tiam quam latenter arguat suorum parvum fi-
dem Philippi & Andreæ. Leui. 10. Vinum & se-
char non bibet. fol. 360. col. 2.*

*Et saturati sunt. Non vult te parce tua in
pauperes distribuere, sed tam abunde, vt inde
non solum nutriantur; sed etiam saturentur
pauperes. Deut. 14. Comedent & saturabuntur.
fol. 591. col. 2.*

E L E N C H V S

Colligit que superauerunt. Expēde quam libe-
rales voluit nos esse in ministros suos & pau-
peres. Deu. 14. Decimam dando decimam dabis, fol.
vt supra col. 1.

Colligit que superauerunt. Ostendit Domini
liberalitatem erga illos qui liberales sunt erga
pauperes. Leuit. 19. In die qua sacrificaueritis,
comedetur. fol. 392. col. 1.

Quæ superauerunt. Docet Dominus ea quæ
supersunt nobis, proximis impartiri. Exod.
12. Si minor fuerit familia. fol. 220. col. 2. Et Le.
19. Cum messueris messem terræ tue. folio. 393. co-
lumna. 1.

Colligit que superauerunt. Ad quid quælo iu-
bet colligi, nisi vt esset memoria huius benefi-
cij? Exo. 12. Mensis iste uobis caput mensium. fol.
220. columna. 1

Feria. 2. Ioann. 2.

Iecit uidentes & clementes. Docemur
hic quod non debent sui, sicut & cæte-
ri, profanari in negotijs secularibus.
Num. 1. Leuita non sicut numerati in medio eo-
rum. fol. 450. col. 1.

Videntes et clementes. Vide quomodo curant
nunc sacerdotes Domini terram colere, lucris
hinniant, mercaturis vacant, & omnia secula-
ria

I N O L E A S T R V M.

ria negotia administrant. Num. 18. De terra eos
rum non hereditatem accipies. folio. 490. colum-
na. 1.

Ipse uero non se credbat eis. Admonet locus
iste eum, quem semel offenderis semper habe-
re suspectum. Gen. 33. Ambulabo ante te. fol. 132
col. 1. Et Gen. 34. Responderunt in dolo. fol. 134.
columna. 1.

Fecit funiculū. Zelo plenum se debet ostendere
sacerdos, cum populum vel aliquem in
faciem reprehendit. Exo. 32. Proiecxit tabulæ, &
fregit eas. fol. 311. col. 2.

De feria. 3. vide Domi. 16. post Pent.

Feria. 4. Ioann. 9.

Preteriens uidit. Ille prætereundo pau-
perem videt, nos videndo pauperes
præterimus, e videamus. Genes. 18.
Ipse sedebat in ostio tabernaculi. folio. 90. co-
lumn. 1.

Quis peccauit? Optima consideratio, vt cum
videris peccatum, culpæ reminiscaris. Exo. 20.
visitans iniquitatem patrum in filios. fol. 248. col. 1.
Et Gen. 42. Merito desolatus sumus. folio. 155. co-
lumn. 2.

Quis

EL ENCHVS

Quis peccauit? Sunt multi qui proximorum peccata cognoscere, & iudicare optime norūt, sed nullus aut rarus qui illis remedia adhibeat Leuit. 14. *Ista lex leprosi in die qua mundanus est.* fol.373. col.1.

Quis peccauit? Sunt qui naturalia mala impatiētes obiectant, quasi in illorum potestate situm esset, ea non habere. Leuit. 19. *Non maledicēs surda.* fol.393. col.2.

Quis peccauit? Mirabiles vias Dominus quę rit ad homines liberandos a malis, & ad exaltādos eos. Ge. 40. *Posuit eos in custodia in qua erat Ioseph.* fol.149. col.1.

Quis peccauit? Hic aut parentes eius. Ad monet locus iste quanta diligentia parentes a peccatis cauere debent, non solum ne Deum offendant, aut ipsi meritas dent poenas, sed ne in eorum filijs aut posteris peccata sua vindicentur. Ge. 9. *Maledictus Chanaam.* fol.65. col.2

Neq; hic peccauit, nec parentes eius. Arguit locus iste hominum vanitatem, qui ex successibus solent sua bona vel mala metiri. Deuter. 9. *Ne dicas in corde tuo cum propulsauerit Dominus eos a facie tua.* fol.580. col.2.

Neq; hic peccauit neq; parentes eius, sed pro gloria Dei. Cur ergo Domine illic cæcitas? Aduerte q; hoc solum solari pōt innocentem in sua miseria, si cognouerit Deū suū posse de creaturis suis facere quod voluerit. Exo.34. *Innocentē iudicant-*

IN OLEASTRVM.

dicando non innocentem iudicabili. fol.392. col.2.

Hic an parentes eius. Punit Dominus sępē sc̄ pius peccatorem hominem, non solum in persona, sed & in filijs Leuit. 14. *Dederō plagam le-* pre. fol.374. col.1.

Hic an parentes eius. Solent patres no solum ipi peccatorum suorum dare poenas, sed etiā ipsorum filij patrū luere poenas. Deu.5. O dio habentibus me fol.570. co.2.

Hominem cæcum a Natiuitate, Et interrogant discipuli quis peccauit? Hoc inter est inter pios & impios, quod pij mala etiam quę a natura proveniunt, flagella Dei esse credunt, impij vero flagella apertissima Dei anatura venire arbitrantur. Exo.8. Cras. fol.208. col.1.

Vt manifestentur opera Dei. Occulta sunt iudicia Dei in malis hominum, vt scias flagella etiam sine culpa a Deo irrogari. Gen.15. *peregrinum futurum esse sementium.* fol.83. col.1.

Sed ut manifestetur. Miris modis disponit deus res suas & nreas. Gen.27. Vt non uideret, f.117. c.1.

Sed ut manifestentur. Vis fieri alicui potest ad bonum eius. Gen. 42. *Frater uester unus ligatur.* fol.155. col.2.

Sed ut manifestentur. Diuersimode in malis & in bonis manifestatur gloria Dei Exodo.9. *Et narrare faciam nomen meum.* folio.210. columna.2. Et Exo. 14. *Glorificator in Pharaone.* folio. 226. col.1.

Vt mani-

E L E N C H V S.

*Vt manifestentur. Etiam peccatis nostris vti-
tur Deus ad gloriam suam. Exo.10. Egredia
rare feci cor eius. fol. 212. col. 2.*

*Fecit lutum? Eodem Dominus sanat, quo fo-
lent homines excēcari, serpente. Dominus sa-
nauit populum, quem serpentes inomorderāt
Nu.21. Fac tibi ignium serpentem. fol. 50. col. 2.*

*Nos scimus qui hic peccator est. Conmune
est perditis alios secum perdere velle. Gen.19.
Ecce dormiui heri cum patre nostro. fol. 95. col 1.*

*Non est hic homo a Deo qui sabbatum non custodit.
Sicut enim pij ex peccato opera iustitiae, &
Dei faciunt; ita impij ex operibus iustitiae, pec-
cata. Gen.45. Ne dolore afficiamini. folio. 161. co-
lumna. 2.*

*Nos scimus. Admonet non homines sed serpē-
tes esse dicēdos, qui arte & dolo alios ad pec-
cata trahere conantur. Gen.3. Serpens fuit callidior. fol. 27. col. 2. Dathā Nu.16. Et Iudas. Ioā.
12. Alios ad malum traxerunt.*

*Nos scimus. Magnum malū est velle esse ma-
gistrum mali. Num.23. Angustijs affice Madiani-
ta. fol. 523 col. 2.*

*Da gloriam Deo. Non sunt audienda malorū
consilia, etiam si prima fronte bona esse videā-
tur. Exo 8. Itē sacrificate Deo in terra hac. Con-
fusat ut sacrificēt, sed in Agypto. Consulūt hi
ut det gloriam Deo sed recognoscendo Chri-
stum peccatorem, & nihil ab illo accepisse. fo-*

I N O L E A S T R U M.

*207. col. 2. Dare gloriam Deo, in scriptura idē
est q̄ cōfiterē peccatū. Sic Iosue.7. Fili mi da
gloriā Domino Deo Isr. & confitere. Sic hic
volebant dicere agnosce q̄ peccator est, & q̄
peccator tu sis, vt sic cæcum secum perderent.*

*A seculo non est auditum. Admiranda est cæci-
audatia, nihil malitia Pharisœorum, & ira, tur-
batur. Ostendit nō esse diuina omittēda prop-
ter quam cumq; turbationem. Leu.10. Cur nō
comeditis oblationem. fol. 360. col. 2.*

*A seculo non est auditum. Videbat impios o-
pera tā mira Dei, beneficio dare naturæ Ideo
antiquitatem temporis, & in tempore facta ra-
ritatem allegat. Exo.8. Cras. Tēpus constituit
Moyses ut sciant opera esse Dei, & non solus
naturæ. fol. 208. col. 1.*

*In peccatis natus es totus. Difficile est magnates
a sua pertinacia amouere. Nō potuit Sonathas
patrē ab odio Dauidis amouere, immo e contra
audit conuitij verba, filii in ulieris vltro virum
rapientis. 1. Reg. 20. Sicut iste hic, istos ad amo-
rem & ad Christi discipulatum perducere co-
natur, & audit in peccatis natus es totus. Exo-
10. Dixerunt servi Phara. ad eum. folio. 213. co-
lumna. 1.*

*In peccatis natus es totus. Solent homines cum
alios vident a Domino Affigi, se sanctiores
illis putare. Ut patet de amicis Job. Quis un-
quam iustus periret; cap. 4. Deu. 6. Et propter
impicitatem*

E L E N C H V S

imputatem gentium istarum, Dominus expellit eos & facie tua. fol. 581. col. 1.

In peccatis natus est totus. Sicut malum est, illū bonum iudicare quem Dominus veluti malum castigauit, ita pessimum est, malum iudicare, quem Dominus, non ut malum flagellat sicut hi iudicant. Num. 16. Murmuraerunt omnes filij Isr. in crastino. fol. 483. col. 1.

Quia hic peccator est. Odium tuum contra Christū non celant, sed manifestant. Gen. 19. Vocavit nomen eius Moab. fol. 93 col. 1.

Maledixerunt ergo ei. Sed ipsi manent maledicti a Domino. Gen. 12. Benedixi benedicentibus tibi, & maledicem maledic. fol. 74. col. 2. Et ibi dem 27. Isaac ad Jacob. Maledicentes tibi maledicti erunt. fol. 117. col. 2. Super me ait Rebecca sit ista maledictio. Ibidem. col. 1. timendæ enim ve niunt maledictiones patrum & sanctorum non tamen malorum sicut erant isti. Non crescas dicit Jacob ad Ruben, quia ascendisti cubile patris tui. Gen. 49 & Gen. 9. Maledictus Chanaam. Ad Sem autem. Benedictus Dominus Deus sem. fol. 66. col. 1.

Maledixerunt ergo ei. Sicut iustorum maledictiones sunt efficacissimæ, ita malorum sunt nullius momenti. Imo de ipsis potest dici illud prouer. 26. Sicut avis ad alta trāsuolans, & pas ser quolibet vadens, sic maledictum frustra prolatum in quempiam superueniet. q.d. Si= cut

I N O L E A S T R V M.

cut post volatum ad nidum reuertitur avis, ita maledictio ad maledicentem reuertetur. Qui voluit lapidem reuertetur ad eum de hoc vi Ecclesi. 27. Qui in altum mittit lapide super caput eius cadet. Et quæ sequuntur. Num. 22. Veni obsecro & maledic propter me populo. folio. 508. col. 1.

Audiuit quod eiecerūt eum. Quærerit Dominus pro eo pugnantem, vt cōsoletur, & firmet in fide. Vbi docemur iuuare eos qui nostri gratia aliquid patiuntur. Gen. 19. Miserunt uiri manum suam. fol. 92. col. 1.

Tu credis in filium Dei? Tenetur maiores, pauperes reddere securos, præsertim cum timent aliquos illi nocituros Gen. 12. Præcepit seruis suis. fol. 75. col. 1 & 26. Ibidem. Præcepit Abimelech populo suo. fol. 114. col. 2.

Fer. 5. Vide Dñicam. 15. Post. Penthe.

Fer. 6. Ioan. 11.

Mæc est Maria quæ unxit Dominum unguë to. Si mali in computum veniunt, est, vt sua peccata refricentur. Boni autē vt sua præclara gesta memorentur. Num. 26. Ipsi sunt Dathan & Abiron. fol. 525. col. 2.

Maria erat. Res in melius commutata, digniori nomine vocantur Maria peccatrix, iäm

E L E N C H V S

est quæ vnxit Dominū. Gen. 1. Vocavit firmamentum Cœlum. fol. 13. col. 1.

Maria erat. Gratiissimus est Deus, summam memoriam habet nostrorū bonorum operū. Ut late diximus Fer. 2. Post primam Dom. venite ben. Vult in hoc loco vnum bonum opus inscribi, ad perpetuam rei memoriam. Et Gen. 31. Ego sum Deus Bethel ubi unxisti lapidem. Vnctionis Iacob memoratur, & qui ante dicebatur Deus Abraham, iā dicitur Deus boni operis quod fecisti. Actor. 4. Magnifice ponderatur quod Ioseph vendidit agrum, & eius notatur patria. Ciprum generc.

Ecce quem amas infirmatur. Feruentissima est oratio pro eo quem summe diligis. Exo. 28. E medio filiorum Isr. fol. 291. col. 1. Sic etiam Moyses Deut. 9. Pro Aarō dicit se ad Dominum orasse ne contereret eum.

Miserunt sorores ad eū. Nunc pro ipso orant, post pro ipso orando plorant. Ecce quid consanguineis valeant iusti. Gen. 13. Et semini tuo usq; in seculum. fol. 76. col. 2. Et Exo. 4. Wade in occursum Moyſi. fol. 198. col. 2. Et Genes. 7. Dixit Dominus ad Noe. Ingredere tu. fo. 53. co. 1. Et ibi. c. 19. Recordatus est Deus Abrahā & emisit Loth. fo. 94. co. 2. Et c. 21. Filiū uncille in gentē ponā. f. 99. c. 1. Et ecclesia de Maria Magdalena canit, cuius praecibus exorat⁹ quatr. fratr. Et Genes. 19. Propter Loth. Vxor & generi liberantur.

Gene

I N O L E A S T R U M.

Generum & filios. folio. 94. columna. 2.

Ecce quæ amas. Admonemur hic curare cōsanquincos maxime si popilli & orphani sunt. Gen. 12. Perrexit secum Loth. fol. 74. col. 1.

Ecce quæ amas. Audis hic quā breues sint orationes sanctorū, & quā facile a Deo exaudiuntur. Gen. 17. Dixerat Abrahā utinā viuat Ismael coram te. Et Dñs ait &. Pro Iſmael exaudi aī te. fol. 88. col. 1. Et nota quod solum petit viuat Ismael, & nō solum vitā sed seminis propagationē cōcedit. Istæ sanctissimæ & feminæ solū petunt ut sanet. Et ipsum ille suscitat a mortuis, cum tanta gloria.

Ecce quæ amas infirmatur. Solū infirmitatē anūtiāt, & nihil petāt. Ut n. sanctissimus. P. August. ait. Nō amat & deserit. Bon⁹ amicus etiā non rogatus, rebus amicorū suorū subuenit. Gen. 14. Solū Abrahā. Audit capiū esse Loth. Et cōtinuo expedijuit pueros domus. f. 79. c. 1. Et 2. reg. 17. Berzellai & alij amici David, solum quia supicati sunt famē pati in deserto, & siti fatigari. Multā ciborū copiā attulerūt ad ipsum. Et Gen. 21. Audit Dñs uocē pueri. f. 99. c. 1.

Ecce quem amas. Et nihil petunt, multoties Sancti pro alijs etiam consanguineis non audiēt orare. Cū. n. sibi ipsi timeāt iusti, nō mirū si pro alijs etiā cōlanguineis nō deprecetur.

Gen. 7. Remāsit tālū Noe & qui cū eo erāt. f. 54. c. 1.

Infirmitas hæc nō est ad mortē, sed pro gloriā Dei.

E L E N C H V S

Expende nullum malum homini a casu euenire, sed iusto Dei iudicio, licet nobis occulto. Exo. 21. Si ei non fuerit infidius. fol. 252. col. 2. Sed pro gloria Dei. Nunquam Deus permittit aliquid malum, nisi ob aliquod bonū. Gen. 4. Quia posuit mihi Dominus semen. fol. 39. col. 2.

Diligebat Iesus. Et si in potestate Domini situm sit, hominem nullis præuijs meritis diligere, commune tamen est, ut iustos propter opera iustitiae diligat. Genes. 9. Noach inuenit gratiam in oculis Domini. fol. 49. col. 1.

Manxit ibi duobus diebus. Deinde dicit. Eamus. Non sinit amor amantem diu cruciari quem amat. Gen. 42. Dixit ad eos die tertia. Ioseph. 5. Ad fratres. fol. 155. col. 2.

Manxit ibi. Et nullus fuit qui ad memoriam reduceret Lazari infirmitatem. Aduerte quā facile palatini canes, obliuioni tradantur a suis conseruis. Gen. 40. Fuerūt per annum in carcere. fol. 149. col. 2.

Eamus iterum. Cum manet Dominus. Et ipsi manent. Cum vero dicit eamus & ipsi dicūt eamus. Beat⁹ homo quē direxeris Dñe. Exo. 40. Quādorecebat nubes, proficisciēbatur. f. 331. c. 2.

Vt a somno excitemus eum. Docet qualiter in absentiam amicorum res eius curandæ sunt. Vide hic. Ecce quem amas. Quod infirmitatem dicūt & nihil petunt. Loca ibi allegata. Huic propositioni adaptantur. Et Gen 19.

Recor

I N O L E A S T R V M.

Recordatus est Deus Abrabā & emisit Loth. f. 94. c. 2. Et Gen. 31. Nō permisit eū Deus male facere mihi. f. 127. c. 2. Nūc te uolebāt Iudei interficere. Nō debent ęgre ferre prelati, cū dura vidētur præcipere, si subditi eis obiectēr quod eis videtur Gen. 27. Frater meus est uir pilosus. Et inducat in me maledictionem. Sed vide quid Rebecca responderit. In me sit ista maledictio. Potissimum signū est dilectionis, mala grauia pro amico perpetui velle. fol. 117. col. 1.

Nunc querebāt te Iudei interficere. Aliqui meticulo si, alijs mortis incutint timorem. Ioā. 12. Dicitur quod solus Iudas murmurat, vt quid perditio? & Math. 26. Dicit quod omnes. Primus fuit Iudas, qui cæteros ad murmurādū cōcitatuit. Sic. Num. 32. Moyses ad filios Rubē? Quid remouetis cor filiorū Isrē? f. 542. c. 1.

Nunc querebant te Iudei inter. Quemadmodū audere sine Deo fatuitas est, ita timere Deo vrgēte neglectus magna. Deu. 1. Accessistis ad me omnes & dixistis fol. 555. col. 2. Sed vide Thomæ fortitudinem, cū Dominū audit præcipiētē, addit. Eamus nos & moriamur cū illo. Nihil ergo, nihil cūstādū cū Dñs. aliquid facere iubet. Et expende quod sicut vnum formidolosus cæteros timidos reddit, sicut dicebamus, ita vnum fortitudine plenus, omnes animosos reddit.

Nūc querebāt te interficere. Tāta erat eorū iustitia,

E L E N C H V S

Antia, vt Deum ipsum docere videantur. Et hinc etiā dicitat prælati, quā patiēter subditorum monitiones audire debent. Gen. 18. Nūquid perdes iustum cum impio? fol. 91. col. 1.

Eamus. Nō sufficit mittere multi prelati, ne grauētur, neve aliquid molestiæ patiatur, subditos remotos peccatis in ortuos per ministros suscitare volūt. Sicut fecit Heliceus mittēdo puerū, & non surrexit, vsq; dū ipse met venit, 4. reg. 4. Gen. 18. Descendā nūc & uidebo. Ad sanādū illos veniebat, si ipsi vellēt. f. 91. col. 1. Et Gen. 4. Venit ad Adā. Vocauit Deus Adā. Vbi es? fo. 29. col. 1. Et quod sum me in hoc noīā dū est, quod nullū Dñs absens suscitavit mortuū. Lazarū suscitat clamando. Filium viduæ suscitat vocādo. Filiā Archisynagogi manu tāgēdo. Quod sum me aduertant prælati, & animarum curati.

Et moriamur cū illo. Docet nos quantū propter rem amatam ne ab ea separemū debeatim pati. Cū Dñs Petro nolēti ut se Dñs lauaret diceret nō habebis partem mecum, Petrus & si molestissimū sibi esset, a manibus Domini pedes eius cōtrestatari, ne ab eo diuellcretur addit. Dñnō tātū pedes sed & manus & caput. Et Exo. 21. Dilexi uxorē meā. fol. 252. co. 2.

Et moriamur cum illo. Docentur subditi, se libenter pro Dominis suis periculis exponere. Sicut fecit cōrvius, & columba. Exod. 8. Mis-

I N O L E A S T R V M.

sit coruum. folio. 59. Columna. 2.

Lazarus amicus nōster mortuus est, eamus. Licet, nos propter amicum periculo exponamus, eamus. Propter amicū enim omnia mala sunt ferenda. Et etiam vita exponenda. Gen. 14. Ut audiuit Abraham quod captus esset. fol. 79. col. 1. Et ibi. 27. Super me sit maledictio tua. fol. 117. col. 1.

Aamicus nōster mortuus est. Ille verus est amicus, qui in re incerta cernitur, qui in angustia comprobatur, illa vera amicitia quæ etiā post mortem durat, ut canit emblemata. Sic Dominus Exo. 6. Audiri clamorem eorum & recordatus sum pacti mei. fol. 203. col. 1. Et Gen. 8. Recordatus est Dominus Noac. folio. 59. columna. 1. Et Gen. 19. Liberauit Loth. fol. 94. col. 2. Sic Dominus ad populum suum. Oſe. 13. Ego cognoui te in deserto in terra solitudinis. Vide Pau. 2. cor. 7.

Lazarus amicus nōster mortuus est, eamus. Amicus post mortem. Multi non sic. Gen. 8. Egressus est egrediendo. fol. 59. col. 2.

Lazarus mortuus est. Disce quantum Deus viros probos diligit, ut etiam eos auferat de medio nationis praece, ne malitia intellectum, immutare possit. Gen. 5. Ambulauit Enoc cū Deo. fol. 42. col. 1.

Vt consolarentur eas. Debent cognati & amici, suos cōsolari in aduersis rebus. Gen. 37. Surrexerunt filij ut consola. folio. 142. col. 2.

E L E N C H V S

Domine si fuissis hic. Taxat locus iste illos, qui cum beneficia defunt dubitatis de praetentia collatoris. Exo. 17. Non est Deus in medio nostri. Beneficiorum subtractio ad tempus, est melius signum. fol. 236. col. 2.

Vbi posuistis eum. Notanda sunt loca in quibus aliquid beneficium accepimus. Gen. 16. Vocavit Agar nomen putei. fol. 85. col. 2. De hoc vide Fer. 6. Post. 3. Dominus venit in ciu. Erat ibi fons Ole. 4. Nolite ingredi in galgali. Locus erat vbi multa beneficia acceperat; ibi unus fuit primus rex Saul. 1. Reg. 10. Ibi sunt circuncisi ut terram ingredenterur. Iosue. 5. Ibi collocati sunt duodecim lapides. Ibi. 4. Et pessimi homines ibi diis iminolabant, vbi Deum pro tantis beneficiis laudare deberet. Ideo Exo. 3. Dominus ad Moysen, solue calceamentum, ut scilicet magna reverentia locum honoraret, vbi tale beneficium a Deo recepit. 2. Reg. 24. In loco vbi aedificatum fuit altare ut cessaret plaga, aedificatum est post tempum, in memoriam tam beneficij. Et Deu. 1. Hac sunt verba quae loquutus est Moses ad omnem Isr. trans Iordanem. fol. 554 col. 2. Et Gen. 32. Vocavit nomen loci illius peniel. fol. 130 col. 2. Et Gen. 25 Dominus ad Iacob. Surge ascende Bethel. Vbi beneficia contulit, aut promisit, ibi vult nos esse gratos. fol. 136. col. 1. Et Iosue vi. Notatur locus vbi a Deo tantum beneficium acci-

I N O L E A S T R . V M.

accipiunt. Nam idola respuunt, & Deo perpetuum obedientiam promittunt, tulit lapidem pergrandem.

Vbi posuistis. Non quod nescit vbi sit, sed ne scire dicitur ut faueat. Gen. 3. vbi est tu. 29. c. 1

Lachrimatus est. Docet nos sentire proximum mala. Luc. 7. Cum vidisset viduam plorantem filium, Dominus, misericordia motus est super eam. Num. 14. Iosue & Caleb, sciderunt uestimenta. fol. 472. col. 1.

Lachrimatus. Cum vidiit scilicet Mariam plorantem, gaudet Dominus, ut leuiora faciat quae sancti patiuntur mala, se illis immiscere. Exo. 3. Descendi ut liberarem. fol. 194. col. 2.

Lachrimatus est. Quia homo verus est, & si non purus, non potest naturae iura negare. Ge. 21. Displacuit res ualde Abraham. fol. 98. col. 2.

Quidam ex Pharisæis. Vult Dominus impios, cognoscere bona piorum, ut inde magis iniuria torqueantur. Exo. 9. Misit Pharaon & ecce non erat mortuum. fol. 210. colum. 1. vide fer. 6. Post Dominic. Passionis multa signa.

Quidam ex Ppharisæis. Solet Dominus in vidos torquere augendo bona eis quibus inuident. Gen. 37. Sonnauit Joseph somnium, & addiderunt amplius. fol. 142. col. 1.

Sabbato. Ioann. 8,

E L E N C H V S

Lux sum lux mundi. Qaj scilicet lucē om
vibus tribuo , vt videant quo vadant,
& etiam quæ , & qualia opera agant.
Gen. i. Fiat lux. fol. 12. col. 2.

Ego sum lux mundi. Magnum & admirandum
hominibus collatum beneficium est lux. Nu-
28. In die sabbati, & capitibus mensium. fol. 532. co. 1

Iterū locutus est eis. Scilicet Pharisæis, & si om-
nes in populo admonendi sunt , maxime ta-
men principes & maiores, qui alios in officio
continere possunt. Deu. 31. Congregate ad me om-
nes seniores. fol. 633. col. 2.

Qui sequitur me non ambulat in te. Magna est di-
gnatio tua Domine erga tuos , vt quasi puer
rædas accensas ante eos deferas, & iter doceas.
Exo. 13. Non recedebat columna nubis. fol. 223. co. 2.
Et c. 14. Et Profectus est angelus qui ibat ante castra
fol. 226. co. 2. Vide in festo Pont. præcinctus se

Dominica in Passione. Ioann. 8.

Vis ex nobis. Nunquid Domine vi-
ta tua, aut opus tuum, malum esse
potest ? aut in eo aliquis defectus
contingere , vt examine opus sit?
quid quæso me docere vis? vt ego e-
xaminē & discernam vitam, & tenebras meas.
Gen. i. Fiat lux. fol. 12. col. 2.

Arguet me de peccato ? Quod solus Christus
potest

I N O L E A S T R V M.

potest dicere, integer enim, & immaculatus, &
qui nunquam peccati iugum portauerit debet
esse vir ille, seu sacrificium, per quod hominū
peccata expiari debent. Num. 19. Integrā in qua
non sit macula fol. 492. col. 2.

Noine benedicimus nos? Difficile est, inuidiam
aut odium, vultu aut verbis non prodere. Ge-
4. Commotus inuidia. Iratus est Cayn ualde &
cecidit facies eius. fol. 38. col. 1. Et cap. 31. Vidiit Ia-
cob faciem Laban. fol. 127. col. 1. Et cap. 37. Nō po-
terant eum alloqui pacifice. fol. 142. col. 1.

Nonne benedicimus nos? Et audiuit a dñō: Propte-
re uos nō auitis quia ex Deo nō estis. Et ipsi cōti-
nuo in vindictâ exēūt; ipse vero audit dæmo-
niū habes, & summa modestia respōdet. Vbi ira-
tos docet, non tā facile in vindictâ exire, maxi-
me sine consilio aliorū, potissime amicorum.
Exo. 32. Dominus ad Moysen. Et nunc dimitte
me. Expende populi peccatum, & quātaratio-
ne Deus in vindictam posset exire , & tamen
quasi consilium petit a Moysे, & licētiām vt
se de populo vindicaretur. fol. 311. co. 1 Sic edo
cti apostoli Lu. 9. Contra Samaritanos irati,
eo quod Dominum recipere noluerunt.
prius Christi Domini consilium expectant,
quā ignem de cœlo vt illos deuoret petant.
Sic Petrus in horto. Domine si percutimus
ingladio ? non sic hi sed continuo prorum-
punt in conuictia.

E L E N C H V S

Quia Samaritanus es tu. Quia veritatem prædicant iusti, talia audiūt. Aduerte malos quasi uidicest orquentes ferre bonos. Sic. Gen. 19. Diccebant uiri Sedō. unus uenit. fol. 94. col. 1.

Si quis sermonē meū ser. mortem non uid. Qui nō seruaberit videbit mortē. Deu. 18. Vir qui non obedierit uerbis meis ego requiram. fol. 600. col. 2.

Mortem non uidebit in eternum. Non memini me legisse legem veterem se custodientibus, vitam promisisse eternam. Vnde Leu. 18. dicitur. Quæ faciet homo uiuet in eis. Viuet vita scilicet temporali. fo. 383. co. 2. Ad literam. Et Deu. 8. Custodietis ut faciatis, & uiuat. & multiplicamini. Omnia temporalia sunt. fol. 578. col. 2. De quo etiam habes multa. Leu. 26. & Deu. 28.

Nunc cognouimus. Impiorum est Dei beneficia extenuare, sicut piorum exaltare. Deu. 8. Dominus Deus tuus introducit te in terram bonam. fo. 578. col. 1.

Exiuit de templo. Cur non Domine illos tantum sceleris continuo arguis? docet non esse continuo, dum peccator in libidine peccandi exceptus est, reprehendendus, sed expectādū est, quo mentis sit compos. Si vt feram capias aerem obteruas, cur non vt hominem a peccato extrahas occasionem expectas? Sic spiritus sanctus Cant. 8. quid faciemus sorori nostræ quando alloquenda est? quando, vel quomo do alloquemur vt nostrâ faciamus? Christus quod

I N O L E A S T R V M.

quod nunc propter dicta non fecit, facit. cap. 10. Dicens. Multa bona opera ostendi vobis propter quod horū me vultis lapidare? Deu. 9. Panem non comedī & aquam. fol. 581. col. 1.

Feria. 2. Ioann. 7.

Misserunt principes & Phar. Quia turba de illo dicebat, Christus cum venerit nunquid plura signa faciet? hæc est inuidorū pœna alios plures & fortiores se semper existimare, vt nō nisi paruulos & pusilli animi homines inuidia occidat. Exo. 1. Pharao. Ecce populus Isr. multus & fortior nobis est. fol. 188 column. 2.

*M*isserunt. Non solum non patitur inuidus sibi quemquam præferri, sed nec sibi æquari. Quos arguit ille locus. Gen. 1. Vbi Dominus dicit. Faciamus hominem in imagine nostra, secundū similitudinem nostram. fol. 13. col. 2.

Vt apprehenderent. Non solum malis fiunt impij deteriores sed bonis impiorum quibus inuidet. Exo. 9. Agrauavit se cor Pharao fo. 210 co. 1. Sic Cayn bonis fratris. Sic fratres Ioseph quia a patre plus amabatur. Sic Saul, quia canebant puellæ percussit Saul mille & Dauid decem millia. Sic filij Laban contra Iacob. Inuidus alterius rebus macrescit opimis. Dicit Poeta.

Vt appre

E L E N C H V S

Vt apprehenderent. Nota , quod principes sunt & volunt apprehēdere Dominū. In hoc omnes vires potentia mundi ostendit,in oppri mendo pauperes,in mala cōmitendo. Audiāt isti scripturā de Dño dicentem. Exo.34. Domi ne? Deus fortis,pius, & misericors. Fortis ad pietatē fol.321.col.2. Gen.6. Gigantes tunc fuerunt su per terram,ad quid gigantes? ad quid potētes? vires quas illis Dñs dederat,ad excolendā ter ram & adiuuandos homines in hominum op pressionem conuerterunt,fol.48.col.2. Iob.1. Egessus est Sathan a facie Domini. Vulnera uit vlcere pessimo a planta pedis,vsq; ad capi tis verticē, omnia mala quæ potest operatur. Nihil parcit,tales sunt filij d'aboli. Aman om nem suam potentiam in Iudeis opprimendis ostendit. Et Gen.31. Ille pessimus Laban. For titudo in manumea ad facien d'eu his malū.f.127.c.2. Et Exo.7. Vide. Dedi te pro Deo, Parhoh. Expē de quam potestatē a Deo accipiat, & quomo do illa non vtitur ad perdendum Pharaonem. Quis enim hominū habens Dei potestatem in inimicum tam sequum,ad momentum illum ferret? f.205.co.1. Et Num.20. Et Deu.2. Misit Moyses nuntios de Cades ad regem Edō. Quid hoc est Dñe vt non audeas intrare cum populo terrā Edō nisi a rege permittus? docet nos sum ma potentia nunq; violentia vti,non conti nudo fulminare,in vindictam exire,fo.498.c.1 & 559

I N O L E A S T R V M.

& 559.co.2. De hoc etiā dicemus in festo Tri nitatis,& latius in nostris locis cōminib⁹ quos iā elaboratos habemus (si Dominus dederit,) continuo prodibunt in lucem.

Miserunt principes. Isti sunt qui populum, erga Deum male affectum , recte de his quæ Dei sunt , facere sentire deberent, sed contra isti sunt, qui vulgus cogunt non affici his quæ Dei sunt. Sic. Num.13. Omnem principem qui est inter eos.fol.467.col. 2.

Nunquid aliquis ex principibus. Cōmune est vt verbū Dei apud populares magis fructificet, quam apud magnates. Vnde Exo.6. Moysen ad Dominum. Ecce filii Isr. non audiunt me, quo moto audiet me Pharao. Bene arguit, Si populus non audit, minus audiet princeps.fol.203.co.2

Nunquid aliquis ex principibus? Maiores sunt, qui priores deberēt esse in Dei negotijs,& ho die sunt posteriores,& negligentiores. Num. 7. Obtulerunt principes. Isr.fol.446.col.1.

In magno festivitatis die. In die solenniori ob gratitudinem instituto de quo Leu. 23. Mensē primo.14. Mensi.fol.409.col.2.

Numquam sic locutus est homo. Hi magis ti muerunt Deum quam principes. Exodo.11. Timuerunt obfetrices Deum,folio 189. columnā, 1. Sic Thob. 2. magis timuit Deum quam re gem. Sic.1. Reg.22. Noluerunt serui Saul ma nus extenderē in sacerdotes Domini , etiam si re

E L E N C H V S

si regis iussio vrgebat, magis enim timuerunt
Deum quam regem. Sed Doech ecōtra fecit.

Feria. 3. Ioan. 7.

Ambulabat in Galileam. A Iudea propter sua peccata suam præsentiam aufert, & ambulat in Galilea, vt illos doceat & bonis ditet, si Deus vnum deiicit alterum subleuat. Exo. 32. consummā eos faciam q̄ te in gentem magnam. fol 311. colum. 1. de hoc vide fer. 6. post. 2. Dñ. auferetura vobis.

Volebāt eum interficere. Quia talia docebat, tali signa faciebat. Ingrati animi est beneficia nō cognoscere, ingratissimi, existimare sibi ad malum dari. Num. 14. Ut quid Dominus ascenderē fecit nos? fol. 472. col. 1. De hoc vide fer. 6.

Proxima quid facimus? hic hc mo multa signa

Non enim uolebat in Iudeam. Ostendit Dominus quā difficile se hominibus impijs credat. Exo. 40. In die mensis primi. folio. 331. col. 1. Ut nos doceat primum experiri eos, apud quos domum & habitationem eligimus. Sic Gen. 29. Habitauit cum eo mensem dierum. Iacob cum Laban, s. vt domum, & dominum prius agnoscet. fol. 120. col. 2.

Et murmur multum erat in turba. Cōmune malum murmurantium est vt non inueniant qui impedianc, sed qui iuuent. Gen. 31. Nunquid non

extra

I N O L E A S T R V M.
extraneæ reputatæ sumus? folio. 127. columna. I.

De Feria. 4. Ioan. 10.



Vo usq; animam nostram tollis. Solet Deus minus impios suspensione animi punire, Deu. 28. Erit uita tua suspensa tibi. fol. 627. co. 1. Et Deu. 31. Et erit in consumptio nem. fol. 633. col. 1. Expende quæ mala sequantur hominem a quo Deus recedit. Erit in cōsump. consumetur inuidia & suspensione animi, suimet non erit compos.

Quo usq; animam. Sunt peccata quædam quæ pœnam perpetranti imponūt. Et omniū maximū est infidelitas. Gen. 4. Accepit Lamech duas uxores. fol. 39. col. 2. Et Gen. 9. Plantauit uineam. fol. 65. col. 2.

Quousq; animam nostram tollis? Facillime cognoscitur homo in quo est Deus, & in quo non. Gen. 39. Vidi Dominus eius quod Deus esset cum eo. fol. 147. col. 1. Et videmus nos quod Deus non sit cum istis, quia suspensos, inuidos, bonum persequentes videmus. Et ipsum Dominum etiam.

Non estis ex ouibus meis. Talem erga vos me ostendo, quales vos erga me. Non auditis nec cognoscitis pastoris vocem, nec pastor tales curabit oves. Leu. 26. Si ambulaueritis mecum ex aduerso, ambulabo ego etiam uob. fol. 422. col. 1

H

Vocem

E L E N C H V S

Vocem meam audiunt. Admonemur hic quater Dei verba audire debemus, & eius ministrorum Exo.23. Cae a facie eius, & audi uocem eius. fol.266.col.2.

Et cognosco eas. Arguuntur hoc loco, Domini & pastores, qui suos nec facie, nec nomine norunt. Gen.2. Adduxit ad Adam ut uideret quid vocaret illud. fol.22.col.2.

Et cognosco eas. Curo illas, illis benefacio, Exod.19. Sanctifica eos. Ex presentia pastoris, multa ouibus proueniunt bona. folio.244. columna. 1. Et Roman. 1. Desidero vide-re vos. Vide quæ sequuntur, & præcipitur ibi in loco Exod. Ut sint parati. Hoc enim docere debet prælatus ut præparentur subdiviti, ad Dei beneficia recipienda.

Et uitam eternam do eis, & non peribunt, & non rapiet eas. Parum est si Deus te ducat ad bona, nisi te in eis plantauerit, vt non facile euellarris. Exo.15. Introduces & plantabis. fo.230.col.2.

Sustulerunt lapides. Proni erant ad Lapides Iudei, & Christus pergit illis benefacere. Sic Moyses, Exo.17. Clamanit Moses ad Dominum. folio.236.col.1.

Multa bona opera ostendi uobis. Istæc Commemoratio, exprobratio est immemoris beneficij. Est aliqua voluptas merita ingratis exprobare ut poeta dicit. Deu.1. Undecim dierū iter est Achorebusq; ad Cades Barne. fol.555.col. 1. Et Deu.

I N O L E A S T R V M.

Deu.29. Non inueterauerunt uestimenta uestra. folio.629.col.2.

Multa bona opera. Sunt multi quibus si multa bona feceris si aliquid feceris ilhs non gratum. Bona illa multa non referunt. Imo si-cut ij, propter etiam illa bona, mala referunt. Deu.23. Non abominaueris ægyptium, quia peregrinus fuisti? fol.613.col.2.

Propter quod horum. Nunquid vobis male feci, cur ergo me lapidare vultis? Num.22. Asina ad Balan. Quid feci tibi. fol.509.col.1. Et non ne sum Asina tua super quam? &c.

De Fer.5. Vide in festo Magdalæ.

Feria. 6. Ioann. II.

 Ollegerunt Pontif. Timida res malitia est, & mali timidi nusquam videtis malos malum aliquod committere, nisi sint in magna multitudine. Omnes principes congregantur contra inermem Iesum. Genes.37. Venite occidanus cum. folio.142. columna.1. Vide Dominicæ.17. Post Penth. conuenerunt. Et.22. Cum Herodianis.

Collegerunt Pontifices: Adnititur inuidia consortes habere omnes querulosos & quos eadem causa tangat. Sic Numerorum. 12.

ELENCHVS

Nūquid dumtaxat cum Moseh locutus est Dominus?
fol. 463. col. 1.

Collegerunt p̄tifices. Occasione desumpta. s.
ex resurrectione Lazari. Nunquam enim de
est, qui inuidis bona eorum quibus inuident
narrent. Exo. 9. Missit Pharaō & ecce non erat
mortuum. folio. 210. columna. 1. Et. 1. reg. 22. A
bimelech ad Saul. Et quis in omnibus sicut
Dauid.

Quid facimus? Q.d. multum dissimulauimus,
hoc malum, iam non oportet dissimulare. Vti
nam (vt ait Sanctissimus Pater Augustinus.)
dissimularetis vt non cum alijs periretis. Si
cuit legimus de Dathan & Abirō, qui Num.
16. Dicāt. Multum uobis. fol. 482. col. 1.

Quid facimus? Extremum malorū est, bono
rum pœnituisse factorum. Exo. 14. Quid hoc
fecimus? folio. 226. columna. 2. Et Deut. 15. Non
sit durum in oculis tuis, cum dimisseris cum liberum.
fol. 593. col. 2.

Quid facimus? Homo tui muneris tibi inimi
cus est. Gen. 49. Odio habuerunt eum sagittarij.
folio. 175. columna. 2. Et vide literam ibi. fol.
174. col. 1.

Quia hic homo. Contēptibiliter valde de Do
mino loquuntur. Tamquam filij illorum, qui
Exo. 32. Deduce suō Moseh dicebant.

Quia huic Moseh, uiro qui nos de Ægip. folio.
310. col. 1.

Mul-

IN OLEASTRVM.

Multa signa facit. Quārunt causas vt perdāt.
Parcendi causas debet inquirere prælatus, nō
puniēdi. Sicut enim malorū est causas inueni
re vt perdāt, bonorū est inquirere vt saluent
Gen. 8. Quoniam cogitatio, seu figmēū cordis. fol.
60. col. 2.

Multa signa facit. Sūt impij p̄sitaci Dei, vt nō
loquātur cōtra bonos, nisi quæ ipse voluerit.
Num. 23. Posuit uerbū in ore eius. f. 514. co. 1. Sic.
1. reg. 24. Saul ad Dauid nūquid vox tua hæc
fili mihi iustior me es.

Multa signa facit. Non solum malis fiunt im
pij deteriores, sed bonis impiorum quibūs in
uident. Exo. 9. Aggrauauit se cor Pharaō. folio.
210. col. 1.

Multa signa facit. Subtiles valde & perspi
caces Dominus, oculos impiorum reddit, ad
speculanda bona iustorum, & in dies magis a
perit vt inuidia, & dolore tabescant. Num. 24.
Eleuauit Bilham oculos suos. fol. 519. col. 1. Vide
Fer. 2. Præterita. Vt apprehenderent.

Si dimittimus eū sic, omnes. Egreferunt Tyran
ni esse aliquos, qui libertatem suis suadeant.
Exo 5. Quare Moseh & Aaron abstrahitis popu
lum; fol. 200. col. 2. Quia Christus miracula fa
cit, quibus homines ad libertatem filiorū Dei
perducit, eum volant ab incepto retrahere
si dimittimus eum sic.

Si dimittimus eum sic. Incidit in scilla cupiēs
H 3 vitare

E L E N C H V S

vitare caribdim Iob.6. Qui timent pruinam, irruet super eos nix. Vide Gre. Lib. 7. ca.12. Dum mali, aliud periculum fugere volunt, in aliud grauius incident Exo.14. Fugiamus Israelem. Et impingunt in mare. fo.227. co.1. Ipsi fugere volebant manus Romanorum, & impingunt in morte Christi, & Deiiram.

Venient Romani. Extremæ ingratitudinis est beneficium maleficium reputare. Hoc enim ingratissimi animi est, putari sibi beneficium ad malum dari. Existimare miracula, & doctrinam Christi, deuastationem esse ciuitatis. Num. 14. Utinam mortui essemus in Aegipto. Et . Ut quid Dominus ascendere facit nos ad terram hanc folio 472. col.1. Et ibi. cap.16. Ascendere fecisti nos a terra fluente latte & melle. fol. 482. col 1.

Venient Romani. Expende obsecro, quibus armis, quibus menijs, quibus milibus futu ro malo, & bello, occurrere volūt scilicet morte Christi. Sic Pharao Exo.1. Morte puerorum, affer, sapientes simus in eum. Sic. Cum uenerit bellum. fol.188. col.2.

Venient Romani & tollent. Admonet locus iste quam sit cauenda iustorum iniuria, quoniam propter vincū iustum scilicet Christum, isti se, & rempublicam perdiderunt. Sic propter unum Thobiā, Senacherib & vitam amissit, & regnum. Sic propter Loth. Reges illam

I N O L E A S T R V M.

illam Gen.14. Ceperunt Loth. fol.79. col.1. De quibus potest dici illud prover. 10. Quod timet impius veniet super eum. Gen.11. Timebant illi ne diuiderentur in terras, ideo turrim volerat edificare, & propter idipsum diuisum est labium eorum, & diuisi sunt per omnem terram.

Venient Romani . Solent ambitiosi, & inuidiosi causam suam peculiarem, cōmunem facere, ne de vitio singularitatis notentur. In uidiā suā zelo reipub.cooperiunt. Ioa. 3. dicebant non est hic homo a Deo qui Sabatum nō custodit. Et c.9. Inuenimus hūc prohibentē tributa dari Cesari, Nos legē habem⁹ & secundū legē debet mori, quia filiū Dei se fecit. Sed Pilatus vt dicūt Euāgelistæ optime cognouit nō zelū cōmunē esse, sed cognouit q̄ per inuidiā tradidissent illū. Sic Macha. 1.c.7. Alchimus dux impiorū qui volebat fieri sacerdos. Particularē causam in zelū communē reducit; & ad demetriū dicit perdidit Judas & fratres eius, omnes amicos tuos. Sic act.16. Illi Dñi . Phitonisæ quia exiit ab ea. Spes quæstus. Aprehendētes Paulū & Sylā perduxerūt in forū ad principes, & offerētes magistris dixerūt, hi homines cōturbāt ciuitatē nostrā. Et Num.16. Dathā & Abirō, ambitione & inuidia repleti dicunt ad Moysem & Aarō. Cur eleuatis uos super populu Dñi. f. 482. c.1.

E L E N C H V S

*Vos nescitis quicquam. Permittit Deus vt ma
jor occasionem inueniant indurandi cor suum,
potifex & eius sententia, erat illis tanquam o
raculum, quæ occasio fuit illis obdurationis
in malo. Exo.7. Ego indurabo cor Pharaonis. fol.
205. col.2.*

*Expedit ut unus homo moriatur. Maiorum est, &
maxime sacerdotum alios a malo arcere. Et
hic pessimus, & sacerdos alios concitat ad
Dominum interficiendum. Gen. 37. Audit Ruben & voluit liberare eum. Quia maior natu
erat. fol. 142. col.2.*

*Expedit ut unus homo. Non debent inimici
Domini, credere bonis successibus, neque se
qui suas concupiscentias, quoniam saepius ad
malum suum trahuntur, vt leuierius punian
tur. Sic Exo. 14. Secuti sunt Aegypti eos usque in
medium maris. fol. 227. col. 1. Sic contigit Datan
& Abiron peruererunt sua elatione, vsque
dum deglutiaret eos terra. Hic vero Pontifex
summus cum cæteris perijt. Expedit ut unus ho
mo, & Prophetauit. Quia Iesus erat moriturus pro
gente. Gen. 37. Iudas ad fratres, quæ vtilitas si
occiderimus? & etiam prophetauit, licet non
intelleixerit quid diceret. Quid illis prodeisset
fratrem occidere? Viuum illum relinquere
illis fuit maxima vtilitas. Quia viuus omnes
aluit, & a morte liberavit. Sed Christus viuus
nihil nobis prodeisset. Nisi granum frumenti
cadens*

I N O L E A S T R V M.

*cadens in terrâ mortuū fuerit. Ideo expedit ut
moriatur, quia occisus est aries, vitâ accepit
Isaac. Et sic omnes cōgregaret in vnum Chri
stus, morte sua. Joseph verovita, omnes patrē,
fratres, cognatos ad se congregauit; & hoc est
somnium, videbam Solem & Lunam & Stel
las adorare me, idest, ad me venire, & sub mei
protectione gubernari, videbam manipulos.
Denotat propter cibum, ad ipsum omnes esse
congregandos. Si Ioseph occiderent, manipu
lum erectum deiicerent, omnes famē perirent.
Expedit vt viuat. Et Christus expedit vt mo
riatur, & sic non tota gens perat.*

*Congregaret in unum. Magna seruorum Dei
consolatio. Scire quod si aliquando a domo
eius expellantur, & indistantissimas exulent
nationes, eorum non obliuiscitur Deus. Deu.
30. Si fuerit expulsio tua in extremum cœli inde con
gregabit te. fol. 631. col. 1.*

*Vos nescitis quæcū; nec cogitatis. Sunt qui con
tinuo noua excogitent in operibus impietatis
vnde noua & quasi inexcogitata vicia, pullu
lare in mundo videmus. In hoc pontifice cer
nimus diabolicam & in excogitatum nequitiam
de quo Miche. 2. Væ qui cogitatis inutile in
cubilibus, vbi solent fabricari infinitæ machi
nations. Gen. 6. Omne figuratum cogitationum
cordis eorum. fol. 48. col. 2.*

E L E N C H V S

Sabbato. Ioann. 12.

Videtis quia nihil proficimus? Hoc inter est inter bonos & malos in bonis & malis faciendis. Quod bonis satis est posse nocere, malum non potentia contenti sunt? Gen. 31. Fortitudo in manu mea ad faciendum uobis malum. fol. 127. col. 2. Vide. 2. Cor. vltimo. Gaudemus quod nos infirmi sumus vos potentes. Vide fer. 2. præteritam.

D O M I N I C A I N R A-

mis. Matth. 21.

Fecerunt sicut preceperat. Admonentur inferiores, superioribus obedire, non solù cū quæ præcipiunt dura sunt, sed etiam cum prima fronte peccata esse videntur. Quod fecit Isaac cum se religari consensit. Sic. Gen. 27. Et nunc filii obedi uoci meæ. f. 117. c. 1. Et ibi ad patrem se fin gens Esau. Festinaui ut inuenirem. In omnibus matri obediuit, & si difficillima illi videbatur

Fecerunt sicut preceperat. Summa debet esse obedientia, inferiorum ministrorum Dei, ad maiores, ne in Domini ministerio uilla possit esse disonantia. num. 18. Custodian custodiam tuam. fol. 489. col. 2. Expende propter ipsorum obedientiam, qualis triumphus, secutus est hic.

Super asinam & pullum. Hic summe Dominus hodie

I N O L E A S T R V M.

hodiernam mundi vanitatem non solum principatum, sed etiam episcoporum, & ecclesiasticorum condemnat unde Deu. 17. De rege loquitur & dicit. Non multiplicabit sibi equos. fo. 589 col. 1. Ex hoc loco tamen, principibus conceduntur equi, solum multiplicationem vetat, equitationem enim etiam in scriptura sacra signat gubernationem & praesidentiam, antiquitus qui ad regni gubernacula introducebatur in curru vehi solebant, ut patet de Ioseph. Gen. 41. & 3. Reg. 1. David fecit equitare Salomonem super mulam suam, ad regni possessionem accipiendam, unde Esa. 21. Ecce iste venit ascensor vir biæ equitum & loquiur de Chro & eius regno

Super asinam & pullum. Ad quid Domine his indiges; ab illo; his non poteris triumphare? ut doceantur homines quantum vis sancti se aliorum operibus indigere. Num. 10. Dicit Moses ad Cobah. fol. 453. col. 2.

Super asinam & pullum. Licet sit Dominus omnium, & possit omnia agere suo solo imperio vtitur tamen naturali medio Gen. 1. Et spiritus Dei sufflatabat super superficies aquarum. Deuenter loquitur, quo exsiccata est terra. fol. 5. col. 1. & fol. 6. col. 1. & Gen. 8. Transire fecit Dominus ueniens super terram. fol. 55. col. 1. & fol. 59. col. 2. Posset enim terram suo solo imperio exsiccare. Itē & aquas ut patet Exo. 14. ad quod vtitur vēto etiā inuenient orientali forti. fol. 225. col. 1.

E L E N C H V S

De super posuerunt uestimenta sua. Sancti viri non solum sancti sunt, sed etiam urbanitatem norūt; abhorret enim Dominus a sanctis in ciuibus. Gen. 18. Abraham ibat cum eis. folio. 91. columna. i.

Multi autem ex ciuitate. Antiqua est consuetudo quā consueuimus nobilibus ad nos venientibus obuiam exire, & post illos deducere, & cum eis aliquod spatium ambulare. Sic fecit Abraham. Gen. 18. Cum recepit angelos, & cū discesserunt. fol. 89. col. 1. & 91. col. 1. Sic & fecit Ioseph. Gen. 46. Ascendit in occursum patris. fol. 163. col. 2. Sic, & Moyses. Exo. 18. Egressus est Moseh in occursum eius. fol. 240. col. 1.

Rextus uenit tibi. Totus tuus, totus tibi. Nō solū ipse tuus, sed omnia quæ ipse habet tua sunt. Si cœlum habet tuum est, cuius influentijs viuis, terram autem dedit filijs hominum. Senascens dedit sotij, se moriens in prætium &c. Si quod vero tu bonum aut' preciosum habueris, regum erit & non tuum. Gen. 49. ad

Aser pinguis panis eius, prebebit delicias regibus. fol. 175. col. 2.

Ecce totus mundus. Multi illorum dicunt benedictus qui venit. isti vero summa inuidia perciti, dicūt. Videtis quod nihil proficimus? Ecce totus mundus. Hoc inter est inter pios & impios, quod impij ignorant donadei sibi concessa, pij vero optime norunt. Exo. 16 ignorabant

I N O L E A S T R V M.

bani quod esset, sed Moseh. iste est panis. folio. 233. columna. 2.

Ecce totus mundus. Hæc est inuidorum poena alios plures & fortiores se semper existimare. Exo. 1. Ecce populus Isr. mulius & fortior nobis est, fol. 188. col. 2.

Fer. 2. Ioann. 12.



Bi Lazarus fuerat mortuus. Signat locum ad gratitudinem habendā. Vide fer. 6. 4. Dominicæ vbi posuistis eum.

Maria accepit libram, Expende huius mulieris liberalitatem, hodie pro dolor est videre peccatorum in vitia summam liberalitatem quæ tenacissimi sunt ad virtutem. Exo. 32. Et se parauerunt se omnis populus, ab in auribus aureis. fol. 310. col. 1. Et Gen. 1. In principio creauit Deus cœlum & te. fol. 12. Et germinet terra Semen. fol. 13. c. 1. Vide infesto Mag. effudit.

Maria accepit. Huius mulieris tanta liberalitas vult Dominus, vt in euangelio describatur ad perpetuam rei memoriam, quæ Dei summam gratitudinem ostendunt. Vide fer. 6. vbi supra. Maria erat.

Dixit ergo unus ex discipulis. Mat. 26. Dicit q̄ omnes murmurauerunt. Iudas fuit primus, qui auaritia cōmotus cæteros ad murmurādū concitauit, sic authorem, & primum inculpatnotat.

E L E N C H V S

notat. Exo. 8. Venit omne ferarum genus in domum Pharaonis. fol. 207. col. 2.

F E R I A . 5 . Incæna Domini.

 *Ciens quia uenit hora eius. Expende de quo solicitetur tempore mortis, scilicet de dilectione & pace suis relinquenda. Hodie solum in hora mortis deditandis filii sollicitantur parentes. Gen. 27. Isaac ad Esau. Vides quod senui, & mortis diem ignorem. fol. 117. col. 1.*

In fine dilexit. Hæc est Domini conditio semper nobis benefacere & in fine, magis suam erga nos dilectionem ostendere. Deu. 7. Ut bene faceret tibi in nouissimo tuo. folio. 579. columna. 1. Et Deu. 33. Hæc est benedictio qua benedixit filios Isra. fol. 646. col. 1.

Cū diabolus iñ misisset. Innumerabiles defecit, culpa detegit, quæ iustitia occultabat, expéde in Iuda, vno auaritiae peccato, detegitur eius inumerata mala, quod fur, quod traditor, quod murmurator, quod diabolus misisset in cor eius, quod etiam diabolus factus est, dicente Domino vñus ex vobis diabolus est. Gen. 3. Quis indicauit tibi quod nudus es? fol. 29. col. 1.

Vt traderet eum Iudas. Vnus de duodecim, in tali dignitate constitutus, & in tali societate de gens, imbarathrum malorum demergitur admonet Gre. nullum esse statu, sed neq; locu in quo

I N O L E A S T R V M.

in quo iusti esse tales possint nisi in Deo. Ge: 19. Habitauit in monte. fol. 95. col. 2.

Vt traderetur iudas. Solet sapientia communis propter vnius membris vitia periclitari duis vitiorum patrator & author ignoratur ideo nominatur. Sic Num. 25. Et nomen viri Isr. percussi Zanri. fol. 523. col. 2. Et Ioā. 11. vñus Cayphas romine, vt omnibus innotescat exquisitus visceribus tam crudele consiliū prodierit, & ibi. ca. 18. erat autem Cayphas qui consilium dederat Iudeis. Sciens quod omnia dedit ei pater in manus. Vt scilicet benefaciat omnibus; vide in fest. Trini. data est mihi.

Cœna facta cum diabolus iam misisset. Expende obsecro quo tempore Iudas de traditione agit solet enim talis esse hominum ingratitudo, vt eo potissimum tempore aduersus benefacto rem mala cogitet, quo ille in eorum beneficijs occupatur. Sic Exo. 32. Et uicit populus quod illuderet illi Moses in descensu de monte. fol. 309. co. 2. Et Deu. 31. Nouit imaginationem. folio. 646. col. 1.

Cœpit lauare pedes. Nulla re magis vincitur superbia, quam huinilitate, maxime maiorum cōtēdebāt in cœna quis eorum videretur esse maior. Ideo se deiicit, vt summa sua humilitate eorū superbiam humiliaret. Sic Num. 16. eleuate sunt Choræ & Datæ magno vñ est artificio Moyses, vt eius humilitate eorū animos elatos deiiceret. Audiuit Moses & proiecit se super faciem suam. f. 482. co. 1. Et. 1. Re. 22. proiecit se Da

E L E N C H V S

uidante Saulem , & sua humilitate animū de
uicit superbū. Et Gen.33. A propinquauerunt Ia
cob & Rachel , & in curuauerunt se. fol.132.col.1.

Cāpit lauare pedes. Magnæ curæ maioribus
esse debet de munditia suorū. Dauid dicebat,
ambulans in via immaculata, hic mihi mini-
strabit. Leu. 16. Expiationem faciet pro se, & pro
domo sua. fol.380.col.1.

Cāpit lauare pedes. Quia scilicet cōtēdebāt quis
eorum videretur esse maior , multoties Deus
hominem euntē ad peccatum reuocat. Num.
22. Iratus est furor Dei quod pergeres. fol.508.col.2

Tu mihi lauas pedes ? Hæc est consuetudo hu-
milium vt tunc se magis deprimant, cum se a
Deo magis viderint honorari. Gen.18.col.2.
Loquar ad dominum cū sim puluis & cinis. Et 2.Re.
7. cum Dominus per Natham Dauid multa
& præclara promisisset, humili sedens dicebat
quis ego sum Domine? & quæ est domus mea
quia adduxistime vsq; ad huc? expende quali-
ter sanctus vir se indignum fatetur, acceptis
bonis,cum illi maxima cōferuntur. Similiter
qualiter extollat collatum munus, vt dicat se
plus a Domino accepisse,quam possit ipse de-
siderare. Similia vide in petro, qualiter se hu-
miliet,& munus exaltet. Domine tu mihi la-
vas pedes? Sed econtra e leuatur impij succe-
sibus bonis. Gen.16. Videns Agar se grauidam esse
uili penfa est Dominacius ab ea. fol.85.col.1.

Si non

I N O L E A S T R V M.

Si non lauero te . Boni aut raro aut nunquā
inchoatum malum opus perficiunt, si aliquā
do vero velint, Deus sua infinita bonitate oc-
currit ne perficiant. Gen. 2. Perfecti sunt Cœli
& terra. fol.20.col.2.

Non lauat is mihi pedes in æternum . Pertinaces
sunt sepe fæpius homines in malo. Hoc sum
me ab illis expeterem, vt quam primum in
cœptum non succellerit malū, delistat. Quod
hic videmus fecisse Petrum Num.23. Veni ob
secro mecum in alium locum. fol.514.col.1.

Si non lauero te . Optimi ducis est suorum
malis occurtere. Et illis obuiare sicut Domi-
nus fecit cū Thoma dicēs infert digitū tuū
huc. Et Num.14. Dicebant constituamus no-
bis ducem & reuer. Ut tanto malo occur-
rent . Proiecit se Moyses , & Aaron super facies
suas. fol.472.col.1.2.

Qui lotus est non indiget nisi ut pedes lauet. Si
lotus est ad quid debet lauare pedes? docet
hic pios culpā timere vbi non est culpa Leu.
13. Lauabit ueſtimenta sua & mundus erit. fol.371.
col.1.

Scitis quid fecerim uobis? Multum desiderat
Dominus vt eius bona erga nos magnifica;
cognoscamus, & illi gratias referamus. Num.
13. Venerunt usque ad Chebron, & ibi erant filii Ha-
nach. fol.467.col.2.

Scitis quid fecerim uobis? Vult Dominus nos
I feire

E L E N C H V S

Scire beneficia eius, & hac poena solet ingratos punire, scilicet, ignorantia beneficiorum suorum. Exo. 6. Scietis quia ego Dominus qui educo eos. folio. 203. col. 2.

Vos vocatis me magister & Domine. Considera obsecro in quo se Dominum ostendat, non in bonis auferendis sicut mundi faciunt Domini, sed in summis bonis conferendis, pedes lauando & corpus suum verum in cibum dando. Exo. 16. Inter uesperas comedetis carnes, & scietis quod sim Dominus Deus uester. fol. 233. col. 2. Vi de Domin. in Trinit. Data est mihi. Et Fer. 2. Dom. Passio.

E tuos debetis. Quanto mihi magis coniunctiores estis, tanto erga alios debetis esse humiliores. Exemplum meum do vobis. Ego in medio vestrum tanquam qui ministrat. Vide humilitatem hominis tam coniunctissimi Deo. s. Mosi. Exo. 18. Quanta humilitate Moteb cum socero barbaro agat expende. Egressus est Moseb in occursum eius, & adorauit. Et consiliu ab eo accepit. fol. 240. col. 1.

E tuos debetis. Si aliquid magnum & difficile ab aliquo & si duræ ceruicis sit, vis nancisci, expecta tempus in quo cor eius sit Deo affectus. Exo. 19. Locutus est Moseb ad populum. Et ille. Omnia que locutus es faciemus. Nunc. (Ait Dominus tamquam tempore opportuno.) Venia ad te incaligibus. ut audiat me popu-

I N . O L E A S T R V M.

populus loquente tecum, & credat tibi. fo. 243. co. 2. Humilitatem & beneficem erga alios suis docere vult, inter quos erat contentio. Prius commouet eorum animos, ita ut dicat Petrus tu mihi lauas pedes? Fratres Ioseph, mortem patris recetem expectant, ut veniam petant; Opportunum tempus.

E tuos debetis alter utrum. Non solum tamquam si maiores essetis alios minores partui pendatis, sed etiam tanquam æquales habere debetis, ut illis officia humilitatis exhibeatis. Ostenduntur enim lotione pedum veræ dilectionis officia. Synedoche enim est, ut ex eo opferuillissimum videtur, omnia officia intelligas. 1. Reg. 25. Abigail ecce ancilla, ut lauet pedes ser. Sic. Pau. 1. Timo. 5. Requirit viduā. Num. 18. Et etiam fratres tuos tribulum leui appropinquare factecū. f. 489. c. 2.

De Passione Domini:



Onstituerunt ei triginta argenteos. Vt in homines sic soluerent beneficia sicut maleficia. Vnde Numerorum. 22. Et diuinationum præcium in manu eorum. folio. 508. columna. 1. Et Ezechielis. 16. Omnibus meretricibus dantur mercedes, tu vero dedisti mercedem cunctis amatoribus tuis. Malum præcio emis.

Querebat oportunitatem. Quis mihi darer, ut sic iusti tempus quærerent, & obseruarent ad

E L E N C H V S

opus virtutis, quemadmodum viciosi, & peccatores ad peccata sua. Gen. 39. Non erat quisquam ex iuris domus Domi. fol. 147. col. 2.

Querebat opportunatatem. Ad mala impij semi per caliginem & deserta loca querunt. Gen. 4. Fuit cum essent in agro. fol. 38. co. 1. Et Iob. 24. Oculus adulteri obliterat caliginem.

Tecum paratus sum & in carcere. Non sunt verba prodigenda, nec facile est promittendum, quod necis an possis praestare. Gen. 44. Iscū quo fuerit inuentus moriatur. fol. 159. co. 2.

Abscidit auriculā. Non factum, sed Petri zelum magnum erga magistrum considerandum puto. Vnde Exo. 2. Moses. Percutit Ägiptium. Vbi propter zelum commune etiam post, cum ad alium dicit. Cur percutitis fratrem tuum? Irasciturque ad pacificandum fratres. Forte ideo præficitur Moseh. Et etiā Petrus. fol. 191. col. 1.

Mitte gladium tuum in uaginam. Aduerte quā necessarium sit homini, qui prauum & iratum animum habet terrorem incutere, vt ab incerto auertatur. Num. 22. Niſi a facie mea declinasset, te occidisse. fol. 509. col. 1.

Proiecit se. Optimus Deum orandi modus, hoc fecit Moloch multoties. Num. 14. 16. 20.

Sinite os abire. Mira valde est Domini solici tudo erga suos, etiam multoties ipsis ignorantibus. Num. 23. Non pergas cum eis, neque maledicas

I N O L E A S T R V M.

cas populo quia benedictus est. fol. 508. col. 2.

Non noui quid dicas. Non sunt omittenda diuinā precepta, ad damna temporalia vitanda, quoniam qui hæc faciunt maiora incurunt mala. Noluit Ioseph acquiescere Dñe suæ, etiā si ex hoc multa incurreret temporalia mala, vt patet. Sic fecit & illa Susanna. Quod non fecit Thamar. Gen. 37. Mane uidea. fo. 145. col. 2. Nec Aarō Exo. 32.

Mulier non noui quid dicas. Sunt multi religiosi viri, qui religiosissime agunt, dum sese illis nulla offert occasio peccandi, qui facile nocta occasione cadunt. Num. 25. Cœpit populus fornaci, cum filiabus Moab. fol. 522. col. 2. Sed de iusto dicitur Ecclesi. 31. Qui potuit trāsgredi & non est transgressus.

Nō haberet potestatem? Aduerte quam fortis præsidio tueantur boni, quod videlicet nemo possit eis nocere, nisi prius a Domino facultate accepta. Numerorū. 22. Si forte possum percutere eum. fo. 508. c. 1. Et Gen. 31. Venit Deus ad Laban nocte. fo. 126. col. 2. Et hoc in Iob patet.

Seducit populum, filiū Dei se fecit. Prohibet tribu. Qui alicui malefacere volūt, omnes sequiendi causas in memoriam reducunt. Sic & benefici, oēs beneficiēdi. Expēde irā Iezabelis contra Heliā. Et ecōtra quod fecit, Dauid cum Miphiboset. 2. reg. 9. Propter Ionathā patrē suū.

E L E N C H V S

Et vide. 3. reg. 3. Cumulat causas ad misericordia Dñi captiā. Exo. 2. Recordatus est pasti sui cum Abraham. fol. 191. col. 2.

Vt peteret Barrabā. In morte summi sacerdotis liberabatur homicida. Numerorum. 35. Manebit in urbe euasiois donec moriatur. folio. 548. columna. 2. Exclamauit simul uniuersa turbā. Mirum est , ita omnem pudorem apud istos cecidisse, vt viderentur omnes in facinus cōjurasse. Genes. 19. Viri Sedon circuierunt . folio. 93. col. 2.

Non habemus regem nisi Cæsarem. Christum a se reiiciunt, & Cæsarem eligunt. Consuetum malum est, subditos quotidie velle nouum prælatum habere. Numerorum. 14. Ponamus caput & reuertamur in Ægyptum. folio. 472. col. 1.

Lauit manus coram po. Debent illi de quantum innocentia dubitatur , & de quorum malitia præsumitur publice se purgare. Licet iste Pilatus hoc fecerit, in facto errauit, sententiam contra iustum proferēdo. De hoc dicitur Deu. 21. Lauabunt manus suas super iustum. fol. 607. col 1.

Audiens hos sermones magis timuit. Omnia bene gesserat, & ne Cæsari displiceat, innocentem condemnat. Et quis est, et si Sanctus, qui regibus summe non studeat placere. Omnia benefecerat Balam, secundum quod

I N O L E A S T R V M.

quod fuerat sibi demandatum a Dño ; & tandem dicit.. Numerorum. 24. Veni consulam tibi. fol. 519. col. 2.

Ad iudicant fieri petitionem eorum. Arbitrantur iudices multi, satis sibi esse ad tales proferendam sententiam, multos videre sui voti habere consortes. Attende quid dicat scriptura. Exo 23. Non eris post multos ad misla. fo. 265. columna. 1. Sicut fecit Aaron. Exo. 32.

Velabant faciem eius. Non vult Dominus, nos oculos habere ad videndum eum, quinobis mala infert . Vult tamen apertissimos habere ad benefactorem cognoscendum. Un de Dominus ad Abraham Gen. 15. Scito sciēs. fol. 83. col. 1.

Scindens uestimenta sua. Debent prælati & maiores natu, signis ostendere externis, quanti faciant Dei offensas scindendo uestimenta sua , sicut fecerunt Iosue & Caleb. Num. 14. Iosue & Cal. de explorat. Scinderunt ues. folio. 472. col. 1.

Vultis dimittam uob. Nullum non mouet lapidem, vt Christum libertati tradat , sicut fecit Aaron , vt populus ab incepto cefaret. Exod. 32. Separate in aures. folio. 312. columna. 1.

Pœnitentia ductus . Non omnem pœnitentiam Deus acceptat, vt propter eam donet quod postulamus ; Maxime ipsis quibus

E L E N C H V S.

ipsam millies obtulit. Ad Iudā Dominus quod facis fac cit⁹ qui intingit meū. Illiusque pedes lauat & post amice ad quid venisti? Multoties Dominus suis permisserat terrā, & quasi in manibus dedit ut patet. Num. 33. Et quando ipsi volebant Dominus noluit ut patet Deu. 1. Peccauimus Domino non ascendemus. fol. 555. col. 2. Et caue peccator, ne forte quando p̄c̄nitentiam petas, non inuenias.

Lamentabantur. Docentur maiores se populo amabiles exhibere, ut de eorū excessu omnes dolcant. Sic Num. 20. Fleuerunt super Aarō triginta diebus. fol. 498. col. 1. Jacob luxerunt, 70 Diebus.

Lamentabantur. Admonet principes non debere mala sua curare, sed se totos communiatī dare, populum vero eius mala sentire. Leu. 10. Fratres uestrī omnis domus Isr. flebunt. folio. 360. col. 1. Et Deut. 25. Memento quæ fecerit tibi Amalech. fol. 619. col. 2.

Vah qui destruis templum Dei. Pessima res est afflīcto afflictionem addere, dicente scriptura Ecclesi. 4. Cor inopis ne affligeris. Ingratis simū que est scelus apud Deū, ut videre est Deu. 25. Memento quæ fecerit Amalech. Quia scilicet afflīcto afflictionem addidit, & ideo omnino vult Deus ut eorum deleatur memoria, & apud ipsum Deum, & apud homines. fol. 619. col. 2. Et Gen. 4. Omnis qui occider. f. 29. col. 1.

Cum

I N O L E A S T R V M.

Cum felle mixtum. Deus hominibus suauia confert, homines vero Deo summam amaritudinem. Expēde quod dicitur. Gen. 2. Plantavit Dominus Deus hortum in Hedem. fo. 21. col. 2.

Eduxerunt in Caluarie locū. In hoc magnam Domino iniuriam irrogarunt, tanquam enim blasphemum extra ciuitatē ejiciunt, sic enim præcipitur Leu. 28. Educ maledicūm extra castra tanquam indignus ut inter alios viuat, & moriatur, tanquam quæ abominabilis omnibus. fol. 42. col. 2. Et Num 15. Idē habetur, de eo qui sabbatum violauit extra castra projiciebatur. Moriendo morietur vir. fo. 477. co. 2. Sic Christus; de quo dicebant, non est hic homo a Deo qui sabbatum non custodit. Ideo projiciatur extra castra, vnde Paulus ad H̄breo. 13. Extra portam passus est, exeamus ad eum extra castra in properium eius portantes, cū Cirineo.

Cum eo duo latrones. Quorum unus saluatur, alter condemnatur, sicut Ioseph inter duos vincitos; quorum fors inæqualis extitit. Sunt duo hirci, de quo agitur Leu. 16. Dabit super ambos hirros sortes. fol. 380 col. 1. Unus cremabatur, alter liber dimittebatur. Unus assumetur & alter relinquetur, ut Dominus ipse ait. Mathei. 24.

Pater dimittit illis. Primum verbum Christi in cruce est pro inimicis ex orare, & prius in illos se bene fucus ostendit quam in matrem &

E L E N C H V S

discipulum. Quod adumbratur in illo Gen. 2.
Inde dividitur in quatuor capita. Vbi nota, quod
principios hostes suos prius irrigat. fo. 21. col. 2

Dimitte quia nesci. Veniam petit, & ignoran-
tiam allegat, vt si visa eorum iniunctitate nolit
ignoscere, saltem eius videns summa patientia
ignoscat. Sic Moyses. Exo. 17. Clamauit ad Do-
minum. fol. 230. col. 1. Lapidationem Domini o-
bicebat non propter se, sed vt quod postula-
bat faciliter impetrasset.

Pater dimittet illis. Et continuo reuerteban-
tur percutientes pectora sua. Efficacissimae
sunt sanctorum pro inimicis praeces. Quod pa-
tet in Mose & Aaron. Num. 16. Et de Ste-
phano Acto. 7. Et Moyses pro Pharaone, &
Ægypto & Gen. 20. Orante Abraham sanauit
Dominus Abimelec. Ad quem Dominus.
Quoniam propheta est & orabit pro te. fol. 96. col. 2.
Ideo Pau. 1. Cor. 4. Maledicimus & ben. blas-
phemamur, & obsecramus nota obsecramus
in praesenti. Non in furorum reseruamus si-
cuit & Christus fecit. Et Moyses ibi. Num. 16.
Et Stephanus propter quem vt author est. S.
pater August. Paulum habemus. Ideo Chri-
stus præcipitorate pro perseque. Non orabitis
in futuro. Exo. 10. Non remansit locusta una in ter-
ra Ægypti. Expende obsecro quam efficaces
sunt orationes sanctorum pro inimicis. Ad hoc
constitutus est Deus Pharaonis. In bonum
scilicet

I N O L E A S T R V M.

scilicet eius. fol. 213. col. 1. De hoc Feria. 6.
Cine. orate pro perse.

Deus Deus meus ut quid? Sæpe sæpius Deus
iusto omnia auferit in quibus confidere pote-
rat, nimirum vt in solo Deo fidat. Gen. 39.
Ductus est Ioseph in Ægyptum, tam dilectus
patri & Gen. 22. Dominus Ad Abraham. Tolle
Inquit Filiu tuum unicum quem diligis. f. 101. c. 1.

Vt non remanerent in cruce corp. De quo agi-
tur Deu. 21. Non pernoctabit cadaver in ligno. fo.
607 col. 2.

Terramota est. Nihil terra grauius sustinet,
quam videre causam iusti, ac si impius esset
iudicari. Vnde Abraham ad Dominum Gen.
18. Absit tibi facere rem hanc. fol. 91. col. 1.

D O M I N I C A R E S V R R E- CTIONIS DOMINI. MARC. ULTIMO.



M E R V N T aromata. Vnus quisq;
ex proprijs debet Deum suum pla-
care. Vnde Dauid. 1. Par. 22. No-
luit mutuatis aut grato quæsitis ho-
locaustumatisbus Deum placare,
sed proprijs; vnde Leu. 16. Dicitur. Accetu autem
filiorum Isr. fuscipi & duos hircos. folio 380. col.
1. Prob. 24. Dicitur, victimæ impiorum abo-
minabiles, excepto quod sunt impij qui offe-
runt, etiam quia non ex proprijs offerunt.
Et hanc

E L E N C H V S

Et hanc reor esse causam , cur Dominus voluerit super hostiam manus imponi ab offerente, vt hoc ostenderent offerentes , sese ipsos, Deo offerre, ad ipsum placandum. Sic. Exo. 29. Iungent Aaron & filii eius, manus super caput iuuenient, fol. 296. col. 2. Et si paruum sit munus, gratissimum tamen est regi, quād scit ex proprio sudore a paupere sibi offerri, Sicut Xerxes Symonetæ munus aquæ gratāter accepit.

Vt uenientes ungerent. Notat amicitia etiam post mortem durans; vt canit emblema. Vide feria. 6. post 4. Domi. Lazarus mortuus est. Videbis multos qui facillissime illorum obliuiscuntur qui pro cōmuni bono certarunt sic Gen. 50. Dicitur. Et fleuit Ægyptus patrem. Et nō filium scilicet Ioseph. fol. 176. col. 2. Imo vt dicitur Exo. 1. Surrexit rex nouus qui non nouerat Ioseph. Parum erat gesta præclara ignorare; nisi etiam personam notissimam ignorasset. fol. 188. col. 2.

Maria Iacobi & Salome. Debent fœminæ robustæ esse, & sese roborare ad robusta peragenda & sic dicebāt quis reuoluet nobis lapidem? Sic Exo. 1. Fecerunt ille obstetrices. Non sicut mulieres Ægyptiæ, Hebreæ sunt. fol. 189. col. 1.

Quis reuoluet nobis lapidem? Quia magnus erat lapis, adiutorium desiderant. Disce non voca reali quem in adiutorium, ad rem quam pertipsum posses facere. Sic Exo. 1. Ille obstetri-

ces

I N O L E A S T R V M.

ces dicunt. Non sicut mulieres Ægyptiæ, folio & columnæ vt supra.

Feria. 2. Luc. 24.



Culi corum tenebantur ne eum agnosceret. Dei manu & voluntate tenebantur. Vnde Dominus de Pharaone. Exo. 4. Ego roborabo cor eius. fol. 199. columnæ, 1. ad literam.

Ibat cum illis. Dixerat Dominus vbi fuerint duo vel tres congregati ibi sum in medio eorum Math. 18. Tanquam scilicet Dominus, magister, & princeps, vt ad sim eis, iuuenque eos, & erudiam. Sic. Exo. 8. Vt scias quod ego sum Dominus in medio terre. fol. 207. col. 2.

Vir potens. Nonne ad se de inimicis vindicandum potens? mihi valde est considerare, quantum potest iustus in bonis, & quam parum in malis. Sicut patet de Ioseph. Gen. 39: qui ad precacem fœminam dicebat: Quomodo faciam malum grande? Qui tam potens erat in bonis fol. 147. col. 2. De hoc vide supra feria 2. Post Dominicā Passionis. Et Dominicā Trinitatis. Data est mihi pot.

Vir potens. Ad omnium bonum, aliorum enim robur ut plurimum est ad mala perpetranda. Vnde canit Moyses. Exo. 15. Quis sicut tu in diis & fortibus Domine? fol. 229. col. 1. ad literam.

Coram

E L E N C H V S

Coram Deo & omni populo. Solet Dominus seruos suos eleuare apud omnes populos vt fecit Moysi. Exo. ii. *Etiam Moysch uir magnus* fol. 214. col. 1. Sed non magnus coram Pharaone. Sic Christus magnus coram omni populo non coram principibus sacerdotum.

Coram Deo. Sunt multi iusti solū coram his minibus. Gen. 7. *Te uidi iustum coram me.* folio. 53. columnna. 2.

Coram Deo. Alij pessimi sunt coram Deo, de quibus dicitur. Gen. 6. *Coriupta est terra coram Deo.* fol. 49. col. 1.

Quomodo tradid. cum principes. Cōstat ex hoc loco, seniores & principes populi vicem gerere, sicut legimus in Exo. 19. *Vocauit seniores populi.* fol. 243. col. 2.

Nos autem sperabamus, & quedam ex nosfiris. Cōmune est ei qui aliquid amittit querere rationes ne sentiat amissionem. Sic Jacob. Gen. 43. *Ego quemadmodū orbatus sum.* fol. 157. col. 2.

Ex nosfiris. Et tamen non credunt, difficilius enim credimus bona nūntia, quam mala, vnde Gen. 45. De Jacob. *Quieuit cor eius.* f. 162. c. 1

Sed mulieres. Mulieres credunt, & ipsi dicūt sperabamus, vt videamus in multis fœminas ipos viros præcellere, quod etiam patet Exo. 1. fœminæ illæ obstetrices, tam impium regis mandatum obseruare noluerunt, pueros reseruantes, viris illos submergentibus. *Præcepit populo,*

I N O L E A S T R V M.

pulo. fol. 198. columnna. 1.

Ostulti & tardi corde. Cum eis ambulat, & talia loquentes audit. Ferēdam docet locus iste subditorum importunitatem sicut fecit cum Abrāhā Dñs. Gen. 18. *Sū puluis & cinis.* f. 91. c. 2

Et incipiens Moseb. Adiuuat & admonet ad fidem, vbi nos docet, dubios aut oblitos bonorum, quæ ad manum habent, admonere. Sicut fecit soror Moysi cū filia Pharaonis. Exo. 2. *Vadam & uocabo tibi mulierem lactantem.* folio. 191. col. 1.

Nonne oportuit pati Christum. Debent prælati subditos admonere de magnis Dei operibus, sicut fecit Moseb. Deu. 3. *Oculi tui uident omnia quæ sit.* Dominus Deus. fol. 562. col. 1.

Coegerunt illum. Vbi docemur non solum pauperem recipiendum esse, sed vi compellendū ut fecit Abraham Gen. 18. *Si inueni gratiā in oculis tuis, ne transcas a seruo tuo.* fol. 90. co. 2. Et cap. 19. *Ecce nunc domini mei declinate nunc ad dominum scruuiuestri.* fol. 93. col. 2.

Nonne cor nostrum ardens erat? Sicut mundana colloquia, horinæ mundanum reddunt. Ita diuina, colloquentes inflammat, vnde Dominus præcipit. Exo. 23. *Nomen aliorum deorum non memorabimini.* fol. 266. col. 1.

Nonne cor nostrū. Est ignea diuina lex vt dicitur. Deu. 33. *A dextera eius ignis.* Lex eis. fol. 642. columnna. 1. In annota, ad literam. Finxit se lōgius

E L E N C H V S

gius ire. Bonum est aliquando singere ut veritatem scias, vt fecit Ioseph. Gen. 42. Exploratores estis. fol. 155. col. 1.

Feria. 3. Luc. vltimo.

 **N** medio discipolorum. Reges & principes, sedes habent, & debent habere in medio prouinciarum, vt melius, & facilius, omnibus prospicere queant. Hanc enim esse causam cur Deus in medio populi sui dominum habere voluerit, satis constat ex multis scripturæ locis. Exo. 8. *Vt scias quod ego sum Dominus in medio terræ.* fol. 207. col. 2.

Stetit in medio. Ut ab omnibus videretur, in medio idest publice, hoc docebat factio iudices futuros, vt scirent Deum in medio deorum esse cum iudicant. Psal. 81. Et est sermo ad iudices, stetit Deus in medio deorum, idest iudicium. q.d. sciant iudices deum omnia & singula videre, quæ agunt. Sic psal. iniquitates eorum in medio eorum, idest publicæ sunt in medio populi. Sic. Gen. 18. Dicebat Dominus. *Si in uenero 50. Iustos in medio ciuitatis.* Id est intra ciuitatem qui scilicet sint publice boni, parcam. fol. 89. col. 2. In adnot. ad lit. publice scilicet ad bonum exemplum.

Stetit in medio. Ut comitatem doceat, ego in medio vestrum sum tanquam qui ministrare

I N O L E A S T R V M.

& hoc docet Dominus Num. 18. Et etiam fratres tuos tribum Leui, appropinquare fac tecum. fol. 489. columna. 2.

Ostendit eis manus. Ad quid in carne gloriofa vulnera Domine reseruas? Præter alias innumerabiles causas, sufficit vt sint perpetui testes contra nos. Deu. 30. Contester nobis hodie, cœlum, & terram. fol. 631. col. 2. Vide in fef. san. Eti Thomæ.

Pax nobis. Pacem & fraternitatem nobis commendat. Sic Gen. 10. Haec sunt generationes. fol. 69. col. 1.

Domini. in Albis. Ioann. 20.

 *V*m sero esset. Vide Sabbatum cinerū. Venit ad eos.

Cum sero esset. Expectat Dominus peccatorem usque ad vesperam. Gen. 3. Ad uentum diei. Ad auram scilicet post meridiem fol. 25. col. 1. Quia ad Deum non venit Adam, nec peccatum confitetur; Dominus sero apparet. Quid patet hic de Thoma.

Insuflauit. Ut nouam vitam spiritus illis infunderet. Sic Gen. 2. Deus spiritum vitæ hominis corpori comunicauit. Formauit deus hominem. fol. 21. col. 2.

Quorum remisseritis. Quam largus est Deus in seruos suos, vt eos deos faciat, nam quæ præcipua, & admiranda in eo sunt facile ho-

E L E N C H V S

minibus tradidit scilicet peccata remittere, & miracula facere. Sic Dominus ad Moseh, Exo. 4. Tu eris ei pro Deo. fol. 177. columna. 2. Et Exo. 7. Dedit te Deum par hoh. folio. 204. columna. 1.

Quorum remisseritis. Iam ab olim sacerdotū munus fuit populum a peccatis, veluti Dei instrumenta expiare, vt patet Leu. 4. Vbi dicitur. Expiabit eum sacerdos. folio. 344. columna. 1.

Quorum remisseritis. Nota quorum absque villa limitatione; in lege anti qua solum dies expiationis constituebatur Leu. 23. Dics expiationum est. Nobis vero quoties libuerit. fol. 410. col. 1. Vide in festo sancti petri.

Dominica 2. Ioann. 10.

PGO sum pastor bonus. Post quam mortus est & resurrexit, audimus ego sum pastor bonus. Ut pastor bonus sit, ne celle est vt laboribus assuetus sit. (Quae esse curtid.) Sic. Gen. 47. Pharae ad Ioseph. Et si cognouisti, & sunt in eis uiri fortitudinis. folio. 163. col. 2. Ad lit. nostra versio habet, si non in eis esse viros industrios, & bene utraque habet, nam utrumque est neceſſarium unde misterioſe

I N O L E A S T R V M.

sterioſe de Christo pastore loquens Iacobus ait. Sed sit induro seu fortis arcus eius, Et roborauerunt se brachia eius inde ex hac tribu pastor lapidif. In adnot. ad lite. fol. 164. col. 1:

Ego sum pastor. Mira sunt quæ Deus pro suis facit, & quæ propter eos nomina sortitur. Sic vt fiat pastor, ad hoc vt nos pascatur. Ut fiat vir bellator, ad hoc vt nos tueatur. Ut dicitur Exo. 15. Dominus uir belli. folio. 230. columna. 2.

Et cognosco oues. Debent pastores facie, & nomine suos agnoscere, & eos visitare. Sicut fecit Ioseph. Gen. 41. Ue quo dicitur. Egressus est Ioseph super terram Ægypti. folio. 153. columna. 1.

Et animam meam ponio. Hic ad viuum de pingitur boni pastoris conditio, qui subditorum animas querit non substantiam, qui animas querit, pro illis vitam periculo exponit. Qui substantiam solum, nec substantiam propriam ponit. Abraham Gen. 14. Quia captum audit Loth, pro illo liberando & vitam propriam periculo exponit. Cui post rex Sodomorum; Da mihi animas, cetera tolle. Animas querit non substantiam, bonis prælatis normam viuendi depingens. fol. 79. col. 1. 2. Mercenarij substantiam solum querunt, animas non curant.

Mercenarius autem fugit. Mirabilis est amor quem habet artifex ad suum artificium. Quod vici-

E L E N C H V S

rius non facit. Per te ipsum ergo fac, sic etiam.
Gen. 47. Ad Ioseph populus. Da semen. folio.
165. columnna. 2.

Mercenarius. Magnum quid est pastor proprias oves custodire, & non mercenarius, quaisquisque ille sit. Vide quid acciderit Aaron in absentia Moysis. Exo. 32. **Vnde** Moyses ad Dominum. Ibi. 33. **Nisi** facies tua ambulauerit, ne educas nos hinc. fol. 316. col. 2. Cum angelum daret produce.

Mercenarius non pertinet ad eum. Expende quid valeat ouibus proprius pastor. Quod optime a Domino depingitur cum dicit ad Moseh. Deu. 31. **Ecce** dormis cum patribus tuis. Surget po. & for. 633. col. x.

Mercenarius non pert. Sæpius aufertur verus pastor, & dantur vicarija Domino propter hominum peccata. Sic Exo. 33. Dominus ad populum eo quod peccauerat, dicit. Mittam ante te Angelum. fol. 315. col. 2.

Ego sum pastor. Christus heri in cruce, & hodie ego sum pastor; idest princeps, & meorum gubernator finit Dominus dilectos suos ad infima deiici, vt postea ab illa vilitate eos extollendo ad supra, gloriofior appareat. Sic Gen. 37. Ioseph pascet cum fratribus suis pecudes. fol. 141. col. 2. Quod patet in Moseh, & David.

Dominica. 3. Ioann. 16.

Mun

I N O L E A S T R V M.

Vndus autem gaudet. Magna est malorum lætitia, cum malaquæ cœperint expleuerint. Sic Gen. 37. post vediotionem Ioseph, fratres eius. Sederunt ut comedenter. f. 142. c. 2. Et. 1. Reg. 30. Illi qui succederant. Siceleh, & captiuos duxerant habentes in ea, comedebant & bibebâ cū lætitia.

Mundus gaudet. Scilicet de meo malo & vestro. Sed tristitia vestra vertetur in gau. & per cœsequens gaudium illorum in tristitiam. **Vnde** Num. 21. Ipse pugnabit cum rege Moab. fo. 504. col. 2. Cōmemorat victoriam contra inimicos; ne quis glorietur de malo perpetrato, & iniuria quam alteri intulit, nesciens quid super ventura pariat dies. Quod patet de illis. Ibi. 1. Reg. 30. Ut nūc dicebamus. Vide Domini. infra. oct. Ascen. Hæc facien.

Vos uero contrastabimini. Scilicet persecutio-ne mundi, sed tristitia vestra vert. Omnia tristia auferam. De quo Dominus Deute. 23. Et conuertit Dominus maledictionē in benedictionē fol. 613. col. 2.

Sed tristitia uestra. Optima est Dei conditio. Ut neminem affligat quin statim sequatur consolatio. Gen. 4. Et addidit ut pareret fratrem eius Abel. fol. 37. col. 2.

Sed tristitia uestra. Vix tristitiam dixerat cū statim lætitiae recordatur, ad vesperū demorabitur fletus. Sic Leu. 23. Quinta decima die mēsis Solem

K 3

7. Solem

E L E N C H V S

Solemnitas tab. fol. 410. col. 1.

Sed tristitia uestra conuerit. Beata tristitia, quæ in verum gaudium conuertitur beatus labor quem sequitur magnus honor. De quo Exo. 24. *Sub pedibus eius sicut opus lateris Saphiri.* fol. 270. column. 1. *Omnia suorum mala, deus in bonum conuertit. Et sicur corpus cœli in misericordia.* Ibi. col. 2.

Sei tristitia uestra. Cum Dominus suis parat tribulationes, statim parat quæ animum levant. Sic Gen. 39. de Joseph afflito. *Emit eum Puitifar princeps.* fol. 147. col. 1. vide Dominica infra. o. Ascensi.

Dominica 4. Ioann. 16.

 *Ristitia impleuit cor uestrum. Magis timenda est in homine & populo lætitia in ordinata, quam belli clamor aut tristitia. Ex illa enim multa mala sequuntur. Ex hac nulla.* Sic Moseh. Exo. 32. *Non est clamor uictorum.* fol. 311. col. 2.

Expedit uobis. Teneantur superiores cum ab hac vita decedunt, roborare eos quos sufficiunt, ac docere. sicud Moseh Deu. 3. Dominus. *Precipe iehosuah, conforta & roborare eum.* fol. 362. col. 2.

Arguet mundum. Vocauit deus Adam. Gen. 3. & *de peccato arguit, & concinit iudicium enim dei sequitur*

I N O L E A S T R V M.

sequuntur peccata. fol. 29 col. 1.

Mittam cum ad uos. Non consuevit Deus omnipotens suis auferre; & si unum adiutorium debet, aliut afferit. Discedit Christus & sanctum mittit spiritum in suos. Sic Exo. 1. *Mortuus est Ioseph, & filii Isr. creuerunt.* fol. 188 col. 2. *Roborat Christus suos ut nullus eos posset delere ad hoc mittitur Spiritus sanctus, ut eos roboret & multiplicet, & sic augebatur credentium numerus.* Et hodie videmus tantum creuisse, post mortem Domini. usque ad indos.

Dominica. 5. Ioann. 16.



Nomine meo. Vbi docemur, in orationibus nostris, apud Deum Christi dominum, & sanctorum merita iactare, ut quod possibilitas nostra &c. Sic & fecit ille seruus Abrahæ. Gen. 24. ad puteum. Deus domini mei Abrahæ. fol. 107. col. 1. *Et Gen. 32. Jacob cum timuit Esau orans dicit. Deus patris Abraham.* fol. 130. col. 1.

Petrie, & accipietis. Docet nos quotidie & continuo orare, continuam nostram necessitatem illi presentare in qua ad ipsum est confundendum, ideo Ex. 16. Voluit ut populus quotidie colligat. Egredietur populus, & colliget de die in diem. fol. 233. col. 1.

Et accipietis. Si Dominus vult & etiam præcipit

E L E N C H V S

cipit vt petamus, faciliter potentibus petita donabit. Vnde Gen. 24. orat ille seruus Abrahæ. Et Antequam complesset loqui. (Mirabile dictu) ecce egrediebatur Rebecca. Vt videoas quomodo Dominus nostris petitionibus ad sit, clamabit ad me & ego exaudiam eum. Si clamauerit, certissime exaudiam, & continuo exaudiā quoniā cum ipso sum in trib., & in petitione. f. 107. col. 1. Et vide Fer. 6. Post. 4. Dominicam. Ecce quem amas. Et in passione. Pater dimitte illis. Vbi habes quam efficaces sunt orationes sanctorum.

Petite & acci. Si miseriam patimini cur nō petitis? Idem verbū in Hæbreo, significat ægrotare, & orare. Consequuntur enim. Et de p̄catus est Moſeh faciem Domini. f. 306. co. 1. Ad lit. & Infirmitudine magna, & in manu robuſta. co. 2. Et ibi. Recordare Abraham. Et additur. Et penituit dominum mali, quod cogitauerat facere. Vt videoas quam efficacissimæ sunt sanctorum p̄cess. fol. 311. col. 1.

Et accipietis. Solet Dominus reddere suos certiores bonorū quæ petūt, vt bis latentur, semel in spe, & iterū in re. Sic. Ge. 32. Luctatus est uir cum eo. fol. 130. Et ibi non dimittā. Et Princeps fuisti coram Deo. Vt videoas quanta sit orationis potestas. Et forte Deus permisit Esau venire contra Iacob, vt tam feruenter Iacob ad Deū configeret. Delectatur enim dominus summe

I N O L E A S T R V M.

summe Sanctorum orationibus, gaudium que plenum illis ibi confert.

Et accipietis. Expende accipietis. Ipse De⁹ est qui affirmat. Ad literā hoc ad impletum videmus in Mose. Exo. 8. 9. & 10. Orabat vt remoueretur plaga, & continuo siebat, ca. 10 Nō remansit locusta una in terra Ægypti. Vt videoas quam efficaces sint orationes Sanctorū, & quam verum sit Domini verbum. Petite & accipietis fol. 213. col. 1.

Et accipietis. Absolute loquitur absque vlla limitatione si vis ab inimicis liberari, dic, Deus meus pone illos vt rotam, & si cur stipulā. Psal. 82. Ideſt pones illos. Quia si petimus accipiemus. Vnde Num. 22. Ille Balac ad suos dicit. Ita delebit hic po. quemadmodū solet bos herbam vsque ad radices carpare. q. d. non arcu, & hasta. Sed lingua, oratione, scilicet, nos funditus perdet populus iste. De quo vide Orige. in hoc loco. Hom. 13.

Et accipietis. Non solum oratione, petita accipietis, sed etiam ipsum Deum ligabitis. Sic Exo. 32. Dominus ad Moysen. Et nunc dimitte me. fol. 311. col. 1.

Et accipietis. Etsi difficillima petas, & quæ etiam voluntati Dei videntur esse contraria prima facie. Quod patet Num. 14. Dominus ad Moseh. Percutiam eum peste. Et te faciā ing. Etorat Moyses magnis ductis argumen-

E L E N C H V S

tis. Et tandem audit. *Quemadmodum locutus es;*
fol. 473. col. 1.

Et accipietis. Etiam pessimi oratione que petunt accipiunt. Num. 22. Orat Balam ut vadat & tandem audit. *Surge uade.* fol. 508. col. 2.

Et accipietis. Oratione etiam temporalem non stram voluntatem adimpler. Gen. 19. Petit Loth saluari in ciuitate. *Et est parua.* Facit parua quæ postulat. Licet a Deo magna sint petenda, etiam parua ob suorum gratiam concedit. fol. 949. col. 2.

Vt gaudium uestrum. *Gaudet Deus suorum audire clamores.* Et illos propter id ipsum summo gaudio afficit. Vide quid dicat Numerorum. 10. *Et memorabimini coram Domino.* fol. 110. 453. col. 1.

Et accipietis, ut gaud. v. Etiam Dei presentiam quæ omni gaudio plena est, oratio consequitur Exo. 33. *Nisi facies tua ambulauerit ne ceducas nos hinc.* fol. 316. col. 2.

Feria. 2. Lucæ. II.

A Comoda mihi tres panes. Multa importunitate impetrat, ut in am sic se finiret homo a virtutis rogari sicut ad operam virtutum. Exo. 32. Et separauerunt se omnis populus, folio. 310. col. 1. Et quæ habentur in praeterita Dominica. 5. Ad hanc feriam pertinet,

In

IN OLEASTRVM.
In vigilia Ascensionis. Ioa. 17.



Ro eis sanctificome ipsum. Optimi prælati hic manifestatur conditio, qui non propter se, sed propter populum, gratiam & sanctificationem a Deo requirit. Sic Moyses. Exo. 33. *Si inueni gratiam in oculu.* & sequitur. *Et vide quia populus tuus est gens haec.* fol. 316. col. 2. *Vide in fest.* Trin. data.

In festo Ascensionis

Mar. Ultimo.



EC V M B E N T I B V S Unde-
cim. increpauit. Non vult Domi-
nus seculares cernere, aut sci-
re, defectus sacerdotum, aut
magnatum. Sed quoad po-
test abscondit. Ideoque voluit
vt non coramo mni populo moreretur Aa-
ron. Numerorum. 20. *Mortus est Aaron in*
uertice montis. folio. 498. col. 2. Et Gen. 45. Etia
fratrum suorum peccatum Ioseph occul-
te voluit quasi arguere, quando se illis mani-
festauit ideo precipit. *Educite omnem uitru a me.*
fol. 161. col. 2.

Incre

E L E N C H V S

Increpauit incredulitatem eorum. Confueuerūt principes, & ministri iustitiae, cum opera alius cuius egent, omnia eius peccata dissimulare. Non sic Dominus, sed tunc maxime quærit, cum magis indigere videtur. Sic fecit cū Moysē. Exo. 4. Q[uod] es tu occidere eum. fol. 198. col. 1.

Increpauit incredulitatem eorum. Suorum scilicet in timorum amicorum. Solent principū chari impune peccare, & nihil timere. Scientes neminem eos posse arguere. Sed Dominus a domo sua iuditium incipit. In quo se sanctum ostendit, qui ministros suos quantū cunque intimos arguit, & castigat. Sic fecit cum filijs Aaron. Leuit. 10. In propinquis meis sanctificabor. fol. 360. columna. 1. Et Num. 12. Aaron & Mariam arguit propter Moysen Dominus. Et ibi. 20. Ipsum Moysen & Aaron reprehendit. Pro eo quod non creditist mihi, ut sanctificaretis me coram filiis Isr. fol. 498. col. 1. De qualius agemus Deo dante (in nostris locis cōmuniib⁹.) dicebat Aristides Ab ipso lare. A domesticis scilicet & familia ribus iuditium sumito. Debent enim maiores, primum suorum intimorum vitam corriger. Ezech. 9. A sanctuario meo incipite.

Increpauit incredulitatem eorum. Docet maiores, sui munera esse, minores a malo retrahere. Sic. Gen. 37. Ruben quia maior natu erat a lios

I N O L E A S T R V M.

lios arguēdo ab homicidio arcere conatus est. Audiuit Ruben, & uoluit liberare eum. fol. 142. c. 2. De hoc vide Domin. 13. Ite ostendite.

Increpauit incredulitatem illorum. Et continuo. Euntes in mū. Docet locus iste prælatos non solum castigare subditos ob peccata, sed etiam amoris signa castigatis ostendere, neque propter ea, illa quæ sibi sunt necessaria; & ad honorem conducentia auferre. Gen. 3. Fecit illis Dominus tunicas pelliceas. folio. 30. columna. 2.

Increpauit incredulitatem eorum. Consideranda venit hic Sanctorum Apostolorum patientia simul & obedientia, qui reprehensi nihil dicunt, nihil ob murmurant. Quo arguntur illi qui a prælatis correcti, vultum demittunt, vertuntque alio, arguētem respicere nolentes, & si quid postea prælatus concedat, respuunt, & accipere cum indignatione recusant. Patienter Adā & Eua, Domini punitionem accipiunt. Gen. 4. Acquisui virum a Domino. fol. 37. col. 1.

Increpauit. Tempore comedionis Dominus illis apparuit, & tunc illos arguit, cū forte alijs multi aderant, vt solet. Vt illos publice argueret, qui publice suam infidelitatem multis ostentauerant. Quo nobis docere vult, quod debet prælatus quantum potest suorum peccata occultare, famaque seruare, sed cum viderit

E L E N C H V S.

viderit publicata, vindicare, & publice punire. In cena solum cum essent cum Domino, contentio orta est inter eos, quis eorum videtur esse maior, tunc secrete illos arguit, illorum pedes lauando. Sed nunc, cum corum peccatum multis innotescit, publice arguit. Sic Moyses. Exo. 32. Vidi populum quod de teclus esset. fol. 211. col. 2.

Increpauit. Et continuo. Euntes in mundum. Docentur prælati sapientiam violatam amicitiam, cum subditis integrare, postquam Dominus Deus, tam grauiter offensus tam facile placatur. Et sic suos honorat. Sic Exo. 34. Deos contumaciles non facies tibi. fol. 322. col. 2.

Increpauit. Et continuo. Euntes in mundum universum. Audiant hæc, qui continuo fanulos, & per multos annos deseruientes, ob leuem culpam adomo sua expellunt, & etiam in carcere proiiciunt, ut patet Gen. 40. De illo Pharaone qui seruos posuit in cultidam & Dominus ad Petrum Ioā. 21. Qui tamen grauiter peccauerat dicit, pascere oves meas. Et Exo. 32. Non retinuit Dominus beneficium scriptæ legis, licet tan grauiter peccasset. Descendit & duc tabula in manu eius. fol. 211. col. 1.

Increpauit. Et continuo. Euntes in mundum. Docentur hic principes, & maiores prælati, si nos inferiores ministros, si culpas habent, secreto corrigeret, sed publice coram omnibus hono

I N O L E A S T R V M.

honorare ut in præcio habeantur. Sic Dominus cum Moys fecit Num. 20. Illū arguit, quia cum Aaron ad petram, non Dominum sanctificauerunt. Et tamen Exo. 19. Dicit. Ecce uenio ad te indenfitate nullis, ut audiat populus me loquenter tecum & credat tibi. folio. 243 col. 2. Et Num. 12. Secreto arguit Aaron quia murmurauit contra Moysem, & tamen infinitis in locis publice honorat. Et Num. 27. Dominus ad Moysem. Pones de descensu tuo super eum. fol. 529. col. 2. Sic Math. 3. Hic est filius meus dilectus. Sic Gen. 41. Pharao. Ioseph honorauit. Remouit annulum. fol. 153. col. 1.

Quia his qui uiderant. Licet Dominus non egreterat si non statim eius signis credamus, ut patet in matre Sansonis, & Abrahā Gen. 15. Et Gedeon Iudi. 6. Et ratio est quia signis facile decipi possumus. Sed non patitur crebris & certissimis non adhibere fidem. Sic Dominus Num. 14. Usquequo irritabunt me populus iste? fol. 472. col. 1.

Non crediderant. Difficilius credimus bona quam magis desiderauimus nuntia, quam mala. Quoniam communiora & frequentiora sunt mala, quam bona. Sic Gen. 45. De Jacob, qui filii dicentibus Ioseph vivit, non credebat. Quieuit cor eius. fol. 162. col. 1.

Euntes in mundum. Docet locus iste ardua negotia, non nisi fidelibus seruis, & antiquis; & domus

E L E N C H V S

domus præcipuis esse committēda. Sic Gen. 24. Abraham. Vocavit seruum seniorem domus sue. fol. 106. ccl. 2. Et Exo. 7. Moses erat ostē genarius. Et Aaron. 83. fol. 205. col. 2.

Prædicare Euangeliū. Habes hic munus docē di sacras leges apostolis & Sacerdotibus esse demandatum. Sic Leu. 10. Et ad docendum filios Isr. folio. 359. col. 1. Et ibi. Ad distingueendum inter Sanctum & prophānum. fol. 360. col. 1.

Prædicare Euangeliū. Iam iam abiturus suos præcipit Euangeliū prædicare, quia perse ipsum hoc munus, minime exercere vult. At guuntur hic multi, qui tamē si sint ad munus inepti, & per se solum exercere minime possunt, nolunt tamen illud sua sponte relin quere. Audiāt isti etiā Mosi exēplū Deu. 31. Filius centum uiginti annorum sum. Et ab ipso dis ce prælate, nunquam relinquere sine duce plement propter dissensiones. fol. 633 col. 1.

Euntes in mundum uniuersum. Dixerat ante Math. 10. In viā gentium ne abieritis. Nūc vero dicit, euntes in mūndum vniuersum. Do centur prælati leges mutare, & rigorē relaxare, secundum temporis vicitudinem. Ante mortem suam solum Iudæis voluit Euangeliū prædicari, post mortem vero dicit, euntes in mundum. Sic Gen. 9. Concedit eis escā quam antea non concesserat. Vnde dicitur. Genes. 1. Ecce dedi uobis omnem herbam. Sed Gen.

I N O L E A S T R V M.

Gen. 9. Dicit. Omne calcas quod est uiuens erit us bis in eucam. fol 64 col. 2.

Qui crediderit. Qui uero non credit. Oportet legiflatores, aut legis doctorem, amorem & timorem subditis proponere. Ut qui non amore legem obseruant, saltim timore custodiāt. Vnde. Deu. 4. Dicitur. Postquā dicit & nūc Isr. audi statuta. Et viues. Addit. Oculi uestri uident quæ fecit Dominus in Baalpehor. folio. 565. col. 2.

Dominica infra octa. Ascen.

Ioan. 15. & 16.



Vm uerit paracletus. Et hoc multoties inculcat. Hanc disce esse Domini cōfuetudinem, polliceri sepius eandem rem, quando magni momenti est. Ad consolationē eius, cui promittitur. Sic Num. 25. Lis cet iam Aaroni dedisset sacerdotium in paclum salis. Nūc Phinees dicit. Ecce dō illi fædus meum pacem. fol. 522. col. 1. In adnot. Ad lit.

Cum uerit paracletus. Hoc toties inculcat, propter spiritus uberrimos fructus, nam mutabit illos in viros alios, erant idiorū pescatores, Spiritu vero Sancto facti sunt principes, sapientes. Sic Gen. 1. Spiritus Dei, ex informi terra, formosam reddit, ex vana vtilem, & ex vacua, fructibus replet. Terra fuit uana & uaga. fol. 12. col. 1.

ELENCHVS

Cum uenerit paracletus. Et cōtinuo addit. Absque Synagogis. Nunquam Deus dat hominib⁹, maxime suis, aliquod infortuniū, nisi prius dederit quæ sufficiant, ad illud & quo animo ferendum. Sic Gen. 41. Prius Deus dat abundantiam quā famē. Paroh somniauit. fol. 152. col. 2. Et Gen. 28. Mittitur Iacob in Mesopotamiam, ad magnos perferendos labores, sed in itinere Deus illi apparet, & audit ero custos tuus quocunq; perrexeris. Et Gen. 15. Ego scutū tuū, & merces tua multa valde, & continuo addit, scito sciens peregrinum futurum est semen tuum. Vnde Dominus ad suos vñctio docebit vñctieritis. (Como em balsamados.) Ad omnes perferendos labores. Vnde Leu. 8. Præcipitur vt vngantur sacerdotes. Tulit ex oleo unctionis. fol. 355. colu. 2. Et ad hoc dicit Dominus, se dixisse. Cum uenerit parac. addit enim, antequam dicat absq; Synag. hæc locutus sum vobis vt non scandalize. Vide in fest. S. Ioā. Euāg. Sequere me.

Absq; Synagogis. Raro permittit Deus vt ma la suis improvisa euenant. Sic Dominus Abraham. Gen. 15. Scito scies. Et Peregrinū futurum semē tuū. fol. 83. col. 1.

Absq; Synagogis. Solet Dñs multoties suis, gra uiora quā sint pericula depingere, vt eorū fiducia experiatur. Sic Num. 14. Dñs difficultatem ingressus terræ illi ob oculos proponit.

IN OLEASTRVM.

Dederunt uocem suam & fleuerūt. fol. 471. col. 2: vt cum uenerit hora eorum. Considera Domini diligētiā, & qualiter curat suos securos reddere, vbi viderit eos timendi maximam habere rationem. Sic. Num. 21. Ne timeas eum, quia in manu tua dedi illū. f. 504. c. 2. & De. 20. Cū egressus fueris ad bellum, ne timeas ab eis. fol. 604. col. 2: Hæc facient uobis quia non nouerunt patrē, nec me: Qui enim Domini potentiam agnouit, eius seruum percutere minime audebit. Sic Balā ad Balac. Num. 23. Eur maledicam cui non male dixit Deus: fol. 513. col. 2.

Hæc facient uobis. Nec tamen impunitos relinquam, sui sceleris pœnas luēt. Sic Gen. 15: Peregrinum futurum est semen tuū & ueruntamē gentem. fol. 83. col. 1. Et Exo. 3. Inflamma ignis: Nullus cuiuscunq; potentia aut conditionis Ecclesiam vñquam lāsit, qui nō grauiissimas pœnas daret. fo. 194. col. 1.

In die sancto Paschæ

Penthe. Ioan. 14:



Iquis diligit me sermonem meum ser. Ex pēde amoris, & timoris discrimē. Amor ex multis præceptis imo ex tota lege, vnum præceptū & levissimū facit, timor vero ex uno multa. Genesis. 3. Mulier ex

E L E N C H V S

vno multa fecit. Non comedetis nec contingeritis eā.
fol 28.col.1. Vide in fest. mart. onus meum
leue.

Si quis diligit me, sermonem. Quibus verbis apertissime docet qui sint, qui Dei mādata cu stodian. Sic Exo. 20. Diligentibus me, & custodiē tibus mandata mea. fol. 248.col.2.

Loquebantur uarijs linguis. Propter hominū superbiā, vna lingua in multis diuisa est. Et propter Dei misericordiam, vt omniū esset vna fides, suis vt loquantur varijs linguis hodie tribuit. Gen. 11. Erat terra labij unius. folio. 71.col.1.

Si quis diligit me. Omnia grauia facit facilia amor. Sic Gen. 23. De Iacob. Fuerunt in oculis eius sicut pauci dies quia diligebat eam. fol. 120.c.2.

Fer. 2. Ioan. 3.

Sic Deus dilexit mundum. Summa amplificatione vtitur Ioannes dicendo, sic. Nomē nō inuenio quo tātum opus exaltem, & hominibus notū faciam. Si Deus Abrahē opus (quia filiū scilicet voluit immolare.) Sic euheit vt nomen non inueniat, quo tale opus laudet, quid dicendum hic? Gen. 22. Non prohibuisti filium tuum uicū a me. folio. 101. columnā. 2. Noluit enim Deus liberalitate vinci ab Abrahamo. Si ille suum Domino dabat

I N O L E A S T R V M.

dabat vnigenitum, Deus illi suum vnigenitum tribuit. Quod certe in ariete immolato pr̄signatur. In monte Dominus videbit dicebat Abraham. Videbit Deus scilicet in filio suo, quod in meo voluit videre. Vnde Ioā 8. Loquens de Abrahā Dominus ait. Vedit diem meum scilicet in visione prophetiæ. Et gauisus est quia pro suo, Dei filium vedit immolandum fore, & hoc summa charitate, & nulla cogente necessitate.

Sic Deus dilexit. Si amorem Iacob erga Ra chelem eius ostendunt opera, vt patet Gen. 29. Fuerunt in oculis eius sicut patet. fol. 120.c.2. Qualem erga hominem Dei dicemus esse amorem? qui & filium dedit, vt omnis qui credit in eum non pereat?

Sic Deus dilexit mundū. Opera sunt amor. Deu. 23. Dominus ad populum. Et conuertit Dominus maledictionem in benedictionem, quia dilexit te. folio. 613.col.2. Qualis ergo erit amor qui tali opere comprobatur? Sed tu verbis solum ostendis amorem.

Sic Deus dilexit mundum. Si quia legem dat dicitur Deu. 33. Etiam diligit populos. Quid erit filium vnigenitum dare? fol. 642.col.1.

Vt filium suum unigenitum daret. Quid melius De⁹ habet quod det? & tu peiora Deo offers. Vide in die purific. Omne masc. multi accommodat Dño, non dant. Sicut Anna. 1. Reg. 1.

E L E N C H V S

Sed habeat uitā. Ad hoc missus est a Deo. Sic Gen. 45. Ioseph ad fratres. Quoniam propter uitā missit me Dñs. In adnot. ad lit. fol. 160. col. 1.

Sed habeat uitam ēternam. Vbi expende Dei misericordiā super salutē generis humani. Et illius summam curā erga nos de quo vide fer. 4. post. 3. Domin. quare & vos, qualiter Deus res nostras curet. Sic Gen. 37. Missus est Ioseph a patre ut deferret fratribus viētum. Et ad illos visendum, & filiū vnicē dilectum mitit, sic Deus. Missit filiū suum. Quia lux uenit in mundum. Ut scilicet manifestentur & examinētur eorū opera, si bona vel mala sint. Sic Gen. 1. Fiat lux. Et uidit Deus lucē quod esset bona. fol. 12. col. 2. Et diuisit lucem a tenebris. Bona a malis, sua doctrina. fol. 13. col. 1.

Qui male agit ostēt lucem. Hoc malum secū defert peccatū nēpe cōfusionē Gē. 3. Adā. Aliē cōdi me. fol. 29. c. 1. Iob. 24. Oculus adulterior seruat caliginem.

Fer. 3. Ioan. 10.

Nte eas uadit. Ut illas tanquā dux ad vitam perducat. Sic Num. 27. Petebat Moyses. Præficiet Dñs Deus spirituum. Et qui egrediatur ante eos. fol. 527. c. 2. Et. 529. col. 1. Qui non intrat per ostium. Fur est qui latenter, scilicet prælaturā venatur, & ad ipsam ingreditus

I N O L E A S T R V M.

ditur. Exo. 28. Facies tintinabula aurea in fimbrijs. folio. 292. columnā. 1.

Nisi ut mactet. Verus prælatus ante punitiōnem, præmittit admonitionem scilicet per prædicationem, vel correctionē. Sic Dñs ad Moysen Exo. 7. Aaron frater tuus erit propheta tuus. fol. 205. col. 2. De hoc Euāgeliō. Vide fer. 4. Post Dom. Pass. & Dom. 2. Post Pascha.

Dominica in Trinita

te. Math. Ultimo.

Data est mihi omnis potestas. Euntes ergo. Illatio diuina, potens sum, ergo omnes doceantur, baptizentur, ad vitam veniant, a morte liberentur. Ad hoc iusti potestatem accipiunt, ut omnibus benefaciant. Gen. 45. Ioseph ad suos. Missit me Deus ante uos. Ut scilicet haberetis escas ad viendum. Possuit me Deus in Dominum. Ut scilicet vobis & omnibus benefaciam. folio. 162. col. 1. De hoc vide supra fer. 2. Post Dñi. Passionis.. Et Num. 14. Et nūc magnificetur fortitudo tua. fol. 472. col. 2.

Euntes ergo docete omnes gentes. Per ministros vult facere quod per se ipsum posset facere. Sūt multi Dñi qui omnia per se ipsos facere volūt, nō sinētes ministros, ministeria sibi deputata operari, Deus nō solū permittit,

E L E N C H V S

Sed præcipit. Gen. i. Germinet terra herbam uidentem. Sic Gen. 8. Transire fecit Deus uentum super terram. fol. 59. col. 2. & Exo. 14. Abire fecit Dominus mare uento orientali forti. folio. 227. c. i.

Euntes ergo docete. Nobiliora officia debet per se maiores operari, minora vero, inferioribus ministris committere. Nobiliora per se ipsum operatus est Dominus, creauit coelum & terram. Fiat Lux, fiat firmamenium. Sed minora a causis secundis gigni permittit, germit et terra herbam. Christus Dominus redemptione per se ipsum operatus est, prædicationem vero suis committit. Gen. 8. Transire fecit Dominus uentum super terram. fol. 59. col. 2.

Docete omnes gentes. Expende quomodo Deus, mundum bono semine seminauerit. Sed statim terræ demandatum versum est in Eizania, Suis Apostolis in mundum euitibus, optimo semine illum seminat Deus Gen. 9. Ab istis sparsa est omnis terra. fol. 65. col. 1.

Docete omnes gentes. Non contentus Dominus quod Apostolos suos fecerat, illis nunc præbet occasionem qua nomen & famam augere possint. Non enim vult illos otiani. Sed ut quod suum erat præstarent, Sic Gen. i. Dominus ad primum hominem quem mundi monarcham creauerat dicit. Subicite eam. fol. 13. col. 2.

Docete omnes gentes. Hos sacerdotum & prædictato-

I N O L E A S T R V M.

eatorum est manus, Domini verba, & legem, ad populum deferre, & illum docere ut seruet quæ Dominus præcipit. Sic Deu. 31. Dedit eam sacerdotibus filiis Levi. Legem scilicet, hoc enim manus est illis demandatum. fol. 633. col. 1. Et ibi. 27. Declarando diligenter. Et in ijs quæ sequuntur. fol. 622. col. 1.

Que præcepi uobis. Hoc attendat noui prælati, qui omnia noua facere volunt. Vix inuenias eorum, qui veterum vestigia velit sequi. Robo in nec veterum consilia, voluit admittere, nec in bono patre est secutus. Gen. 26. Isaac. Vocauit putoes nominibus quibus pater vocauerat. Omnia hodie volunt mutare ut se prædecessoribus sapientiores ostendant. fol. 114. col. 2. Et ibi etiam. Fodit putoes, quos foderant serui patris sui Abraham. Et Exo. 1. Surrexit rex nouus qui non nouerat Ioseph. Qui omnia noua fecit, omnia tyrannide immutauit, ut se prudentiorem ostendere deret. Vnde dicebat. Affer sapientes simus in eum fol. 188. col. 2.

Seruare quæ præcepi. Expende obsecro quomodo illa obseruare velit quæ ipse præcipit. Expende, quæ præcepi. Solum vnum præceptum Deus posuit hoc est, præceptum meum ut diligatis, & tu tanta multiplicas? Hoc audiāt prælati qui in immēsum præcepta multiplicat, ut sic nulla homines seruare possint. Si pauca sunt facilime seruantur. Vnde Do-

E L E N C H V S

minus Deu. 4. Non addetis super verbū quod ego precipio vobis neque auferetis. fo. 565. co. 2. Et certe multoties subditorum inobedientia est in causa, quare statuta imponantur & multi plicentur. Vt patet Exo. 15. Ibi posuit eis statutum. fol. 231. col. 1. Et Exo. 24. Moyses solum Domini præcepta populo intimauit. Scripsit Mosch omnia uerba domini. fol. 270. col. 1. Et ibi. Legit in auribus populi. Sic apostoli Domini præcepta in mundi auribus.

Ego uobis cum sum. Vnde homini sit copia, & bonorum abundantia, pulchre locus iste docet. Sic Dominus ad Isaac. Gen. 26. Ego tecum & benedicam tibi. fol. 114. col. 1. Et Gen. 15. Ego scutum tuum. fol. 82. col. 1. Et Deu. 17. Iuxta sermonem legis, quæ docebunt, facies. fol. 597. col. 2. Sic Hier. 1. Ecce dedi verba mea in ore tuo. Et Exo. 19. Ponet terminum per circuitum montis. fol. 244. col. 1.

Ego uobis cum sum. Quocunque pergit iustus eum Dominus cōmittatur. Sic. Gen. 39. Fuit Dominus cum Ioseph. In domo Domini sui. Scilicet, fol. 147. col. 1. Et ibi. Fuit Dominus cum Ioseph. Scilicet in carcere, fol. 148. col. 1. & hoc secundum illud Sap. 10. Descendit cum illo in fœream & in vinculis, non dereliquit eum. Et 28. Gen. Dominus ad Iacob ero custos tuus quocunque perrexris. Secundum illud Sap. 14. Iustum deduxit pervias rectas infra

de

IN OLEASTRVM.

decircunentiu eum affuit illi, & quæ sequuntur. Et 46. ad eundem ego descendam tecum. Sic Esa. 43. cum transieris per aquam tecum ero. De quo vide fer. 6. post. 4. Dominicam lachrimatus est Iesus.

Ego uobiscum sum. Hoc attendant prædicatores & prælati qui sibi ascribere volunt, quæ a Deo accipiunt. Est enim mirabilis hominis vanitas, qui facile sibi ascribit, quod dei virtute operatur, ne sibi ascriberent quæ in mundo per ipsos Dei virtus operaretur, dicit ego vobis. Sic ad Mosch. Exo. 17. Ego sto corā te ibi. fol. 237. col. 2.

Ego uobiscum sum. Magnam futuram illis dignitatem promittit, scilicet, eius præsentiam. In hoc enim populus a populo superatur & gens gentē excedit scilicet in hoc, quod Deū secū habet. Sic Exo 33. Diuisi erimus ego & populus tuus. q. d. Si nobiscum non pergas, uultores omnibus gentibus erimus. fol. 316. col. 2.

Ego uobiscum sum. Ab omnibus malis securi eritis. Difficile enim iustum mala attingunt cuius scutum est Deus, in protectione enim Dei cœli commoratur. Vnde Gen. 15. dñs ad Abraham Ego scutum tuum. fol. 82. col. 1.

DE SANCTISSIMO SACRAMENTO. Ioann. 6.

ELENCHVS

 *Caro mea uere est cibus.* Dei prudentiam expende, prius eorum animos beneficio panum disponit, quam legem de proprio corpore comedendo, iniungat. Sic Math. 4. antequam montem ascendet, & legē populis promulget, sanat omnes male habentes, hac prudentia uſus est Moyses Deu. 1. post quam percussit Seon regem Amorre. Cœpit ex planare Dei legem, fol. 55. col. 1.

Caro mea uere est cibus. Scilicet hominū. Nu-
28. Antiquitus Dominus dicebat. Oblationem
meam, panē meū, custodietis mihi. Ut pius & affa-
bilis te o Domine hominibus ostenderes, cum
illis te comedere singis, ab ipsis, que panem ac
cipere præfagium nempe futurorum, futurū
enim erat, ut te ipsum tanquam panem come-
dendum hominibus traderes, & cum eis com-
munem mensam haberes. fol. 52. col. 1.

Caro mea uere est cibus. Audis quibus nos
Deus noster veluti dilectissimos veli saturari,
& quibus nos velimus saturari ille nos ci-
bat pane angelorum, nos vero ventrem im-
plere volumus siliquis porcorum. Sic dicebat
illi pessimi. Num. 21. Anima nostra deficit pro
pter panē levissimum. fol. 503. col. 2

Quomodo potest hic carnem suam? Sunt hodie
tales in mundo, qui in deteriorē interpretan-
tur partem, aut malo animo fecisse temere iu-
dicant, quæ superiores ex summa charitate fa-
cere

IN OLEASTRVM.

cere dignoscuntur. Sic diabolus ad mulierem Gen. 3. Scit enim Deus quod inde qua come, fol. 28 col. 2. De præparatione. Leu. 22. Separat se a ſu-
diſticationibus. Et Non polluant nomē ſanctitatis meæ
fol. 403. col. 2. Et Exo. 19. Ne apropinquetis uxori
bus. fol. 244. col. 1. De hoc latiffime in nostris
locis cōmunitibus (Deodante) ubi est titulus
plenissimus de hoc misterio Et de præparatio-
ne ad eius receptionem, & de eius effectibus
admirabilibus.

Qui manducat meam carnem. Nos hic inuitat
Dominus ad tam preciosum conuiuum, ut
summam & veram amicitiam erga nos osten-
dat. Conuiuum ab homine petit, ut hinc oc-
cationem nanciscatur; ad hoc summum con-
uiuum nos inuitandi. Num. 15. offeret offrens,
Minchah suum domino fol. 476. col. 1.

Caro mea uere est cibus. Nos abundanter ci-
bat carne sua, & nobis in potum sanguinem
tribuit. Quod videtur dixisse Iacob sub um-
bra cum Gen. 49. tribus Iudea sortem abun-
daturam vino prænuntiat. Ligans ad uineam
pullum suum, & ad uitam afinam suam. Hiero. Di-
cit quod in hæbreo est ligans ad vitam vrbe
suam; scilicet ad sanguinem. Ciuitas corpus sci-
licet, quod est animæ ciuitas. Lauauit in vino
stolam suam. Vbi Rabi Chana dicit. Hæc ver-
ba ligans ad. Ostendit quod sacrificiū quod
fiat ex vino, non ſolum trāſmutabitur in sub-
ſtantiam

E L E N C H V S

stantiam sanguinis ipsius Messiaꝝ , sed etiam conueretur in corporis substantiam. fol. 171; columna. I.

Caro mea uere est cibus. Nihil efficacius deus ab homine accipere , & venari desiderat, quā eius amore. Qui nullo alio fortius captatur quam cibo. Vnde Num. 25. Comedit populus, & adorauit Deos eorum. fol. 523. col. 1. Si solus cibus corporalis sic hominis cor abripit , quid erit spiritualis, & tam spiritualis. Quid ipsius Dei carnem comedere? Vnde contulit Spiritus sanctus Prob. 25. Quod Pau. Rom. 12. Si esurierit inimicus ciba illum carbones congeres super caput eius. Non auro, argento animum ipsius tibi cōciliabis, sed cibo. Quoniam sicut ex cibo & comedente fit vnum , sic quodam modo, ex dante & accipiente cibum. Quicibū dat, seipsum aliquo modo dat. cū cibo vbera dat. Ideo Domin⁹ dicit vere est cibus. Si aliis cibus amorem sibi conciliat verius hic cibus conciliabit. Si carnalis cibus, homines carnales sibi conciliat. Cur non spiritualis, spirituales sibi conciliabit? Gen. 1. Ecce dedi uobis omnem herbam. fol. 13. Et hoc cum hominem carnalem de nouo creat. Sed cū Deus factus est homo, hominem spiritualem de nouo creat. Sic que illi conuenientissimum præbet cibum.

In me manet. Ex duobus fit vnu. Ge. 2. Dicebat Adā de muliere. Os ex ossibus meis. f. 22. c. 2. cū Deus

I N O L E A S T R V M.

Deus homo factus est, carnem tuam Deus fecerat suam. Nunc autem in hoc sacramēto, carnem suam Deus fecit tuam. Vt in illo manus, & dicat ipse de te os ex ossibus meis, & iam non sint duo sed vnum. De quo. I. Cor. 6. qui adh̄eret domino vnum spiritus. Si qui manet in charitate in Deo manet , quid erit si quis manens in charitate ipsius Dei carnem comederit? totus , totus, in deo erit.

Qui manducat hunc panem uiuet. Primo homini Deus sub poena grauissima præcipit. In die quo comedederis ex eo. Moriendo morieris. Ge. 2. Nunc vero dicit qui manducat uiuet. Ibi mortem, hic vitam inuenies. Deu. 30. Adh̄eres ei quia ipse est uita tua. fol. 631. col. 2. Si Deus vitam habet, & æternam, & tu illi adh̄eres , vitā utique habebis æternam. Ibi post peccatum. Ne forte mittat manum suam, & comedat & uiuat in æternum. Hic ad peccatores. Nisi mā ducaueritis panem hunc non habebitis vitam in vobis.

Hic est panis de cœlo des. Expende quam preciosa sunt dona dei quod noluerit suos panes terrestri satiare, sed cœlesti. Sic etiam Exo. 16. de illo cibo, qui hunc præsignabat. Ascenderunt coturnices. Iste est panis. fol. 233. col. 2.

Dominica. 2. Luc. 14.

Fecit

E L E N C H V S

Ecit cœnam magnam. Apud Matheum. Dicitur prandium sicut homo reficiatur bis in die, ita & Dominus voluit ostendere se apud nos, non solum voluisse comedere, sed cœnare istuc tendebat iuge sacrificium, quo agnus mane, quasi ad prandium, & agnus vespere, quasi ad cœnam cum suo pane & vino offerebatur. De quo agitur Num. 28. Holocastum iuge fol. 532 col. 1.

Vxorem duxi. Multi causantur, impedimentum esse cōiugij, ad virtutem exercendam. Audiāt isti scripturam dicentem Ge. 5. Ambulauit Enoc cum Deo postquam genuit Metuſelach. & Ambulauit & tulit illum deus. f. 42. c. 1. Vide in vīglia S. Ioann Bapt. Vide Dominicam. 19, in fra. vbi late de hac agitur Domi.

Dominica. 3. Luc. 15.

Murmurabat Pharisei. Sicut enim iusti, ex peccatis, opera iustitiae & Deifaciūt, ita impij ex operibus iustitiae peccata. Sic Gen. 45. Ioseph ad fratres non vobis durū, quod vendideritis me; pro salute enim vestra me missit Dominus. Ne dolore afficiamini fol. 161. col. 2.

Erant apropinquantes ad Iesum. Cum homines summam pœnam meretur, illis summa misericordia præstatur. Vide Fer. 4. Post Primā Dominicam. Nisi signum Ionæ.

I N O L E A S T R V M.

Murmurabant. Nemoputet lanctis se impūne detracere etiam si ipsi non audiant, aut non aduertant expende quod dicitur Num. 12. Et audiuit Dominus. Et ipsam Mariam lepra infecit & publice cum infamia puniuit. f. 463. c. 1. Cur non timuistis loqui contra seruum Moys. Ibi. column. 2. De quo Zach. 2. eligit ad huc Hierusalem, sileat omnis caro, illud ad huc, emphasim habet. Sileat, nullus obmurmuret si videat tam miram erga peccatores misericordiam.

Quia hic peccatores recipit. Disce iusti iustitiam non obscurari, aut delitescere, imo magis splendescere, si in medio sit nationis prauæ Sic. Gen. 6. Noach inuenit gratiam in oceano Domini. fol. 49. col. 1.

Et manducat cum illis. Ut eos scilicet ad fidem trahat, & etiam urbanitatem doceat. Sic Exo. 18. Venit Aaron & omnes seniores ad comedendum panem cum Ietro. fol. 246. col. 2.

Super humeros suos. Hoc attente audiant presbiteri & sacerdotes, & scient, hoc munus sibi demandatum. Suos scilicet super humeros portare, & in sinu gestare. Audiāt quid dicat Moyses Num. 11. Nunquid ego concepi multitudinem hanc. Ut dicas mihi porta cum in sinu tuō & licet non constet vbi hoc de mandatum fuerit Moysi, cōstat tamen multa dicta, quæ ex sola relatione dicta fuisse constat. folio. 455. col. 2.

M Et hoc

E L E N C H V S

Et hoc clarissime ostendit Dominus cū Exo.
28. Præcipit. Accipies duos lapides Onichinos &
sculpses in eis. fol. 291. col. 2.

Gaudium est angelis dei. Celebris valde nobis
esse debet dies, qua ex seruis diaboli, inferuos
Dei asciscimus. Vnde Dominus Exo. 13. præ-
cipit. Memento diei huius quo egressi estis. fol. 223.
col. 1. Vide de hoc sabbatum post. 2. Domi.
Vidit eum pater alōge. Et Nehe. 8. Ite come-
dite pinguia sanctus dies Domini est, & no-
lite contristari. Gaudium enim Domini est
fortitudo nostra vide san. pat. Aug. fo. c. 27. Et
Gen. 45. Placuit in oculis parhoh. folio. 162. col. 1.
de hoc Psal. 34. omnia ossa mea dicēt, Domi-
ne quis similis tibi eripiens inopem de manu
fortiorum eius. Hinc elicies quam amaritu-
dinem ipsi Dōe eius que angelis inferat pec-
catum. De quo vide infra Do. 9. fleuit super il-
lam. Et Exo. 25. præcipit fieri propitiatorium,
& quod iuxta arcam sint cherubim. Vt scilicet
Deo gratias agant, & gaudium habeat, de pro-
pitato peccato. Et Phil. 4. Gaudium meū &
corona mea. Corona mea est vestra conuersio
& bonitas. Phrasis scripturæ est. Esa. 62. Eris
corona gloriæ. Et in die Natiuita. Domi. gau-
dent angeli. Quia ad peccata condonanda dñs
veniebat, vnde ad pastores dicunt; anuntio vo-
bis gaudiū magnū, vobis, & nobis etiā ex vña
salute futurum, quia natus est vobis salvator.

Domi. 4. Luc. 5.

I N O L E A S T R V M.

ROgnit Petrum. Solent reges & princi-
pes cum egent operis alicuius paupe-
ris, aut religiosi viri, magnā illis osten-
dere affabilitatem, quod cum fuerint assecuti;
non amplius eos norunt. Sic Num. 22. Balac.
Egressus est in occursum Balam. fo. 509. c. 1. Eccle.
13. Si necessarius illi fueris subplantabit te vi-
de locum. Et Num. 32. Detur terra hec seruis tuis;
Cum enim diues ex te aliquid habere cupit,
verbis humilibus vtitur. fol. 542. col. 1.

Rogauit Petrum. Quia strenuus in negotijs
Petrus, illi datur multorum piscium captura
datur scilicet illi primatia. Sic. Ge. 46. Iacob:
Iehudah misit ante se ad Ioseph. fol. 163. col. 2. Vt
discas eum merito adeo electum ad regnum
vide. 1. para. cap. 5.

Per totam noctem, Voluit semper Dominus
nos diuellere a fidutia in rebus vanis, & in no-
stris vitibus, & ostendere nihil ciuitatem no-
stram posse custodire, si non ipse Dōminus cu-
stodiat eā. Sic Ge. 11. Illuvolebat ex se, turrim
ædificare. Caput eius in cælum. fol. 71. co. 2. Et ibi
c. 7. Clausit Dominus super eū. Vt videas quod ni-
hil nostra sola diligentia prodest ad nos seruā-
dos. fol. 54. col. 1. Et Le. 26. Cōsumetur frastra vir-
tus vestra. Vade iacta vires tuas, labores & fredo-
res. fo. 422. co. 1. Et Nu. 1. Fuerunt omnes numeri
sexcenta tria millia. Et non audebant cū Chan-
neis congregari. fol. 429. columna. 2. Et Num. 8.

EL ENCHVS

Potentia mea , & robur manus mee. fol. 579. col. 1
 Et Mar. 6. Erant laborantes in remigando. Vi
 de de marty. post Pascha in cōmuni. Et Agei.
 1. ponite corda vestra super vias vestras semi
 nastis multum intulistis parum Dominus
 Ioann. 15. Sine me nihil potestis facere. Esa.
 30. Ad equos confugiemus & Psal. 43. Nec e
 nim in gladio suo possederunt terrā. Sed dex
 tera tua, & brachium tuum.

In nomine tuo. Hoc bonum iusti habent, vt
 nihil sibi, aut suis meritis arrogant. Sed supe
 riorum virtuti. Sic Gen. 24. Ille seruus Abra
 ha. Deu. Domini mei Abrahā. f. 107. c. 1. Vnde di
 citur Exo. 15. Fortitudo mea Dominus. Non præ
 sumunt de se sancti. fol. 230. col. 1.

Exi a me Domine. Si impius es time penes te
 iustos habere, quoniam mala tunc magis corā
 Deo apparent. 3. Reg. 17. vidua ad Heliam in
 gressus es ad me vt rememorarentur iniquita
 tes meæ. Sic. Exo. 12. Pharao ad Moysen. Om
 nes sumus mortui. fol. 221. col. 1.

Exi a me Domine. Timendi sunt valde Sancti
 Dei, non solum honorandi; quoniam & si in
 firmitate circundati ex se sunt, potentissi
 mi tamen sunt ex diuina virtute. Herodes tur
 batur & omnis Iero. Herodes metuebat Io
 hannem. Et. 1. Re. 18. Saul Dauidem. Et Nu.
 22. Dominus ad Aaron & Mariam. Cur non ti
 muisti loqui contra seruum meum Mosch? fol. 463.
 col.

IN OLEASTRVM.

columna. 2.

Exi a me Domine. Beneficio humiliatur iustus
 sicut exaltatur superb⁹. Esa. 6. vidit Dominū,
 & continuo dicit vir pollutus ego sum Ezech.
 20. postquam eduxerit vos, recordabimini via
 rum vestrarum Gen. 17. audit Abraham. Da
 bo pactum meum, inter me & te. Continuo
 subiungitur. Cecidit Abraham in facie suam. fol.
 87. col. 2. Et. 18. Nūquid celo ego? Et cum eo fa
 miliariter verba cominiscet si fuerint. 30. & ta
 men subiungit. Sum puluis & cinis. fol. 91. col. 2.
 Et Abigail. 1. Reg. 25. audit seruos Dauid dicē
 tes missit Dauid vt accipiat te in vxorem, &
 ipsa ecce famula tua sit in ancillam, vt lauet
 pedes seruorum Domini mei. Et virgo sanctis
 sima. Luc. 1. Audit ecce concipies, & paries, &
 ipsa, ecce ancilla Domini.

Dominica. 5. Math. 5.

R plusquam scribarum & phariseorum. Quo
 rum erat, interior iniustitia, & exte
 rior iustitia, exterior solum homi
 nes respicit, interior Deum; ne ergo homo
 publice peccet, magistratū timeta, ne autē in
 abscondito, Deum iudicem. Deu. 27. Et ponit
 in abscondito Ne putēt scilicet homines in ab
 scondito impune posse peccare. fol. 622. col. 2.
 Et Leu. 1. intestinū eius & crura eius. f. 336. c. 1
 Et Genes. 1. Cuncta Dei, visibilia & inuisi
 bilia.

E L E N C H V S

bilia. Vedit Deus & erant valde bona. Ut tuā tam externa quā interna sint valde bona. Fiat lux & fuit lux, & uidit Deus lucē. fol. 12. col. 2. Vide fer. 4. Cine, vt videantur ab hominibus.

Qui occiderit reus erit iudicio. Domini scilicet Gen. 4. Dominus ad Caym. Vbi est Abel frater tuus? Vox sanguinis. Ipse sanguis te accusat male dictus eris. Vide Domini iuditio condēnatū. fol. 38. col. 2. Et ibi. vagus & profugus. Vbi ad monētur iudices homicidia puniri, sunt enim hodie mille modi, homicidam excusandi.

Qui irascitur. Docet initijs peccatorum occur rere, ne peccare graui⁹ cōtingat. Sic Ex. 22. Primitias non tardabis. fol. 259. col. 2. Omnem enim mali occasionem a suis tollere vult Dominus Sic. Exo. 23. Nomen aliorum deorum non memorabi mini. fo. 266. col. 1. Et Leu. 10. Vinū, & sechar non bibes. Quia occasionem ruinæ filijs Aarō dederat vinum sacerdotibus interdicit. fol. 360. col. 2. Et Leu. 11. omnia vocitura animalia comedenda prohibet, hæc est bestia quam comedetis. folio. 365 col. 2. Et Deu. 12. Perdēdo perdetis omnia loca. fol. 387. col. 2. Quia capilli Sansonis radicitus non sunt euulsi, iterū creuere & inimicos, & se occidit Et Deu. 29. Panem non comedistis unum. fol. 629. col. 2. Et Exo. 21. Si Deus dederit uxorem seruo. Vt scilicet occasionem peccandi tollat, ne in vagos cōcubitus ruant. fol. 252. col. 2. Et. Exodo. 32. Selit populus ut manducaret, & bib. dete

I N O L E A S T R V M.

deteſtandi ſunt Domini, & prælati, qui non ſolum peccandi occaſiones ſuis non tollunt, ſed etiam habenā viitorū laxant. fo. 310. co. 2. Sic Nu. 25. Comedit popul⁹ & adorauit Deos earū. Et Exo. 19. Caue te ascendatis, neque tāgat. Docet enim hic prælatos, vt cū velint præcepta a ſubditis obſeruare, prohibeāt initia trāfgressionum. fol. 244. col. 2. Et Gen. 31. Furata eſt Rachel idola patriſ ſui. Ut occaſionem idola trandi patri auferret. fol. 127. col. 1. Et. 35. Abſcondit ea Iacob ſub queru. fo. 136. col. 2. Et Nu. 31. Nōne reſeruatſis omnes faeminas. fo. 539. co. 2. Vide. 4. Reg. 18. Laudatur Ezech. quia abstulit excelsa 2. Pa. 17. De Iosaphat, qui excelsa, & lucos abstulit. Ille pefimius Iherob. qui talē populo peccandi occaſionem præbuit, ſeuerifime a Domino punitur ut patet. 3. Re 13. Milesq; in ſcriptura vituperatur, dicitur enim de illo qui peccare fecit Iſc. Vide de hoc Chriſo. psal. 6. in fine & Nu. 25. præcipit Dominus. Accipe om̄ies principes populi & ſuſpendere faciant, quia ſciliſet mala nō prohibuerunt. fo. 523. c. 1.

Qui irascitur fratris ſuo. Nullum peccatum eſt ſi merito irascaris. Sic Exo. 11. Moyses. Egressus eſt a parbo in ira furoris. fol. 214. col. 2. Vnde intelligitur, qui irascitur ſciliſet sine cauſa.

Qui irascitur. Ostendit quantum malum fit dare locum iræ, nam ira continuo crescit in odium. Ideoque Dominus Gen. 4. ad Cain. Vt

ELENCHVS

*quid est ira tibi? q.d. caue tibi. Expende obsecra
quantorum malorū causa fuerit Cayn ira, ira
in odium creuit, inde homicidiū perpetrauit
ex homicidio in hæresim ruit. Ait enim. Nun
quid cunctos sum ego fratris? ignorantem Do-
minum facit, vltimū in desperationem inci-
dit. Et vide quā pessima sit ira quæ etiam in
innocētes sicut quid enim mali illi fecerat fra-
ter? fol. 38. col. 1.*

*Reus erit. Solent legislatores ea quæ sibi ma-
xime sunt cordi sub maximis interdicere poe-
nis. Sic Exo. 35. De sabbato loquēs. Omnis qui fe-
cerit in eo opus morietur. fol. 326.*

*Qui dixerit fatue. Narrat Dei iudicium vt ti-
meant, tenentur enim maiores suis dei iudicia
narrare vt Deum timeat, & proximum lède-
re non præsumant. Sic Gen. 20. Abimelech. Voca-
uit seruos fol. 96. col. 1.*

*Reus erit. Ostendere vult Dominus, legū sua
rum viola orbibus, quam terribilem, & potentē
criminū suorum vindicē haberent. Ideo Exo.
19. dicitur. Fuerunt uoces & fulgura & commotus
est mons uale. fol. 244. col. 1. 2. Et. Contestare
si offens munus, Admonet quali oculo & exame-
ne, pansanda sunt quæ a nobis Deo offeruntur.
Gen. 1. Fiat lux, & uitit Deus. folio. 12 col. 2. Et
Gen. 4. Adduxit Cain de fructu terræ oblationem Do-
mino. folio. 37. columna. 2. Et Exodi. 12. In deci-
mo die accipient agnum. Adomnet, quanta dili-
gentia*

IN OLEASTRVM.

*gentia examinanda sunt, quæ Deo sumus
oblatuti, ne scilicet cū offensa proximi mini-
me refarcita, accedamus. Vt ne digni cum no-
stro munere (vt dicit comicus) euiciamur fo-
ras. Ibi. Agnus integer. fol. 220. col. 2.*

*Vade prius reconciliari. Docet qualiter debe-
mus ijs quos offendimus reconciliari. Sic
Gen. 32. Missit Jacob nuntios ad Esau. fol. 130. co.
1. Et expende Jacob humilitatem, qui iam a
Deo, & patre, ipsi fratri erat prælatus, & tamē
ab ipso venia petit, & ad ipsum munera mit-
tit. Hodie multi dedignantur etiam ab æqua-
li veniam petere, & vtinam non a superiori,
quem offendunt. Et 33. Incuruavit se. Opti-
mus modus ad flectendum hominis irati ani-
mum. Appropinquauit Joseph & Rachel & in-
curua. fol. 132. col. 1.*

*Vade prius. Omnia quæ in sacrificio con-
currunt munda esse debent. Vnde Exo. 8.
Pharao ad Moysen. Sacrificate Deo uestro in
terra hac, non est rectum facere sic. folio. 207.
col. 2.*

*Vade prius reconc. Munus crudele non ac-
ceptat Dominus. Si ferocem animum non
deponis, cur accidis? Vnde Leu. 22. Die octa-
no & deinceps placebit in oblatione. folio. 404.
columna. 2. Et Esai. 1. Cum extederitis manus
vestras, non exaudiam. Audi rationem. Quia
manus vestræ sanguine plenæ sunt.*

E L E N C H V S
Dominica.6. Marc.8.

Nec haberent quod manducarent. Non con-
queruntur cur eduxisti nos in deser-
to? Vbi sunt panes ut comedamus?
Quam æquo animo ferendi sunt labores in
quos nos Dominus mittit, ostendit locus iste;
non ergo doleas, non obmurmures aduersus
Deum tuum, si te aliquando plus solito exer-
ceat. Num.11. Et fuit populus sicut flentes. f.457.
c.2. Ob murmurauit enim populus.

Nec haberent quod mand. Quara bene noue-
rant vtramq; ferre fortunam, & quam æquo
animo ferebant inopiam, considera. Scio a-
bundare & penuriam pati. Eph.4. Dicebat
Paulus. Et Gen.13. Dicitur de Abraham. Erat
dives ualde. Et, 20. Descendit in Ægiptum. Ad quæ
rendū panem scilicet. fol. 74. col.2. Toleran-
da est iustis fames maxime si propter Deum
sequendum, toleranda venit.

Nec haberent quod manducarent. Et patienter fe-
runt. Mira valde est hominis impacientia, ne-
que ferre ad horam potest rerum tempora-
lium defectum. Exo.16. Murmurauerunt omnis
congregatio. fol. 233. col.1.

Nec haberent quod manducarent. Nullam sibi
curam habet. Multi sunt qui Deo seruire vo-
lunt, si tamē necessaria tribuat Gen.28. Jacob.
Si dederit mihi panē ad vescēdū. Conditiona-
lem

IN OLEASTRVM.
lē expēde. Et vide hominū inge. iū ex hoc lo-
co. Et Gen.15. Dñe Deus quid dabis mihi? fo.82.c.
1. De hoc vide inf. S. Nicolai de Tol. quid er-
go erit nobis.

Misereor super turbā. Si tu Christū sequaris, ip-
sius misericordiā & curam super te inuenies.
Qui, n. solicitus est, in his quæ sunt Dei sui, at-
bitetur Deū erga se, & sua sollicitū esse. De
quo Exo.34 Nō concupiscet uir terram tuam quā-
dū ascendes, ut consūciatur. fol.323. co.1. Et Gen.
45 Quij Ioseph solicitus erat pro bono rei-
pu. Ægypti, fuit etiā Rex solicitus erga ipsum
& eius fratres, & patrem. Dicebat enim. Ca-
pite currus de terra Ægypti pro paruulis. fol.162.
col.1. De hoc agitur Luc.11. In illo. Et trāsiēs
mini trabit illis. Sicut patet etiam Dominū
fecisse cum Thobia. vide ibi infel. cōf. Pōt.

Misereor super turbā. Principes docet, & ma-
xime sacerdotes misericordes esse. Exo.29. Ac-
cipies oleū. fol.296 co.1 Vide infra. Dom.12.

Misereor, Nec habet quo lā lučēt. Debet præla-
tus curā habere de pabulo suorum. Num.11.
Moyses. Unde est mihi caro? fol. 462. Et Gen.
42. Vedit Iacob quod alimētū esset in Ægypto. f.155.
c.1. Et 43. Cū finissēt edere alimentum dixit pater:
folio.157. columnā.2. Sic etiam ibi.41. Populus
clamauit ad regem pro pane. Ut videant reges,
& maiores quomodo curare debent, etiā tē-
poralia suis administrare. folio. 153. colum.1.
Et

E L E N C H V S.

Et Gen. 41. Paroh somniauit. fo. 152. colu. 2.
Et Gé. 1. Omne herba. Cōmonet locus eos qui
ministros habent, viētum illis præstare. folio.
13. col. 2. De quo vide. Dom. 5. Post Epiph. Si
mille patri fami. & Dom. 4. Quadrag. Vnde
ememus panes.

Nec haberent quod manducarent. Tam celeri-
ter Deo obediendum est, vt omnium imme-
mor sis, & Domino fidas, quod tibi necessa-
ria suppeditabit. Sic Exo. 12. Escam non fecerūt
sibi ipsis. fol. 221. col. 1.

Deficient. Occurrentum est lassis cum vi-
etu. Vnde Gé. 14. Ille sacerdos Dei altissimi,
vt cæteros futuros Dei sacerdotes doceret,
lasso Abrahamo cum vietu occurrit. Mel-
chizedech protulit panem & uinum. folio. 79. c. 2.
Quod & hodie Christus facit. Sic etiam fecit
Abigail. 1. Reg. 25. Occurrit Dauid cū vietu.
Sic & fecit Berzellai. 2. Reg. 17. Quia suspica-
tus est pati famam Dauid.

Vnde istos quis poterit saturare? Audi iusto-
rum conditionem, qui largissime vellent in
digentibus subuenire. Qui si non possunt om-
nia elargiri, saltem largiuntur quod possunt.
Mar. 6. Dicebat, euntes ducētis denarijs eme-
mus panes. Omnia quæ secum habebant da-
re volebant Pius si non potest pallium & tu
nicam dare, saltem palliū dat. Impius autem
si non potest vtrumque tollere, saltem altero

spo-

I N O L E A S T R V M.

spoliat. Sic Exo. 10. Pharao dicebat. Tantum
pecudes uestræ, boves uestri manebunt. folio.
213. col. 1.

Discumbere super te, Mar. 6. Dicitur secundū
contubernia. Ordinata vult Dominus omnia
sua esse. Exo. 13. Quinq; & quinque. folio. 223.
col. 2.

Saturati sunt. Docet qualiter debeas ele-
mosinam elargiri. Deu. 26. Letaberis in omni
bono. Et. Abstuli sanctitatem. fol. 621. co. 1.

Saturati sunt. Et coram Domino, gaudeat
ipse Dominus cum vidi illos saturati, & epu-
lari. Sic Exo. 18. Venit Aaron & omnes sen. ad co-
medendum cum Ictro panem coram Domino. fol.
240. col. 2.

Dominica. 7. Post Penthecostem.

Math. 7.



Ttendite a falsis Prophetis. Periculo-
sus & perniciosus est error induce-
re quem omnes alij sequuntur, ideo val-
de ab eis cauendum est. Sic Deu. 13. Dicitur.
Si surrexerit in medio tui Propheta, uel somniās.
fol. 588. col. 2. Et vide quæ sequūtur. Quia ten-
tat uos Dominus. Et. Propheta ille morietur. Nō
acqui.

Attendite a falsis Prop. Sunt verba & collo-
quia .

E L E N C H V S

quia quæ hominē a Deo auertūt, ideo oportet hominē habere tanquā antidotum , verba Dei, quibus animū tueatur. Sic. Deu.6. Erunt uerba hēc in corde tuo. fol.574.col.1.

In uestimentis ouīū. Ad viuum volentium alios fallere , conditionem depictā hic habes. Num.13. Fluens lacte, & melle est, nisi quod fortis est populus. fol.468.col.2.

In uestimentis ouīū. Non vult Dominus quicquam nostrum videre nisi teatum. Sed indui mini Dominū Iesum Christū. Nō solū Christi vestem, quoniam solent etiā hypocritæ, vestibus Christi tegi. Vnde Exo 30. Præcipitur de altari suffimēti. Teges illud auro. f.300.c.1.

Qui fecerit uoluntatem. Non qui solam audiunt . Num.15. Et facietis ea. fol. 478 col.1. Et Deut. 4. Et nunc Isr. audi statuta , & iudicia, ut faciatis & uiuat is fol.565.col.2. Et ibi. Ipsa sunt sapientia uestra. Vnusquisq; ex operis usq; is commēdatur, vel arguitur. folio 566. col.1. Et Apoc. 1. Beatus qui legit & qui audit verba prophetiæ huius, & seruat ea. De quo infra infesto Niuiū. Beati qui audiunt verbū Dei & custo. Et Cant.2. Fulcite me floribus, sed addit, stipate me malis, fructibus scilicet & operibus. Et c.6. Descendi in hortum nucum , vt viderem poma conualium. Et inspicerem si floruerint vineas, & germinasset mala punica. Et c.7. Mane surgamus ad vineas, videamus si flo-

I N O L E A S T R V M.

si floruit vinea, si flores fructus parturiūt. Vi de Dom.3. Quadrag. Beati qui.

Omnis arbor que non facit fructum. Omnia vult Dominus suum munus executi, ad quod creata sunt. Gen.1. Dominus præcipit. Germinet terra germen, herbam semificatēm semen. folio .13. columnā. Salus homo sterilis manet de quo. Vide Hier.22. De Ieconia rege loquentem.

Omnis arbor. Omnia etiam insensata dant Deo suo & creatori, quicquid ab eis postulauerit, etiam si id sua natura non habeat. Solus homo negat Deo suo quod Deus ab eo petit. Vnde Num.20. Dicitur. Petra datit aquā suā. fol.497.col.2.

Excidetur, & in ignem mittetur. Iustificat creator hominum Deus causam suam, neq; sequit, nisi nos multis malis nostris eum sequire cogamus. Sic Gen.6. vident Deus quod multa malitia. f. 48.co.2. Et vide fer.6. Post.2. Dominicā quadrag. auferetur. Et vide, in fest. Marti. confiteor tibi.

Dominica.8. Lucæ. 16.

Ifamatus est apud illum. Omnia principibus nuntiantur, præcipue quæ ad corum iniuriam pertinere videntur. Et taliter hoc verum est, vt dicat Spiritus Sā

ctus

E L E N C H V S

Etus. Eccles. 10. In cogitatione tua regi non detrahas, & in secreto cubili tuo non maledixēris diuiti, quia & aues cœli portabunt vocē tuam, & qui habent pennas anuntiabunt sententiam. Sic Num. 11. Cucurrit puer. folio. 463. col. 2. De quo vide infra. Dom. 21. Narrerunt Domino suo.

Difamatus est. Multi sunt qui principi, conseruorum mala nuntient. Sed nullus est, qui Principi tyrannidem exercēti dicat; cur ita facis? Exo. 5. **Exactores urgebant eos dicentes.** fol. 201. col. 1.

Quid hoc audio de te? Habent voces suas peccata, & peccatorem diffamant, apud Deum. Gen. 18. **Clamor Sodomorum uenit ad me.** Et ibi. c. 4. **Vox sanguinis fratris tui.** fol. 33. col. 2. Et. 38. col. 2. Et f. 91. co. 1. Et Abac. 2. **Lapis de pariete clamabit.** Et merces defraudata ut dicit Iacobus etiam clamat.

Quid hoc audio de te? Magnum discriminē est, inter audire peccatum; & proprijs oculis videre. Sic Exo. 32. Moseh ad Dominum, post quam oculis peccatum vidit dicit. **Obsecro peccauit populus iste peccatum grande.** folio. 312. col. 1. Et Gen. 11. **Descendit Dominus ut uidereret ciuitatem, & turrim.** Discant maiores non faciliter credere dictis, nisi ipsi prius viderint oculis suis. fol. 71. col. 2. Et cap. 18. **Descendam nunc & uidebo.** Ex sola infamia nullus est iudicari

I N O L E A S T R V M.

dicandus. Sed maiores prius rem oculis videant quam iudicent. fol. 91. col. 1. Quod vitinam hodie aduerterent iudices, & obseruaret in causis inquirendis de quo Num. 5. Ad iurabit eam sacerdos. folio. 440. columna. 1. Et Leu. 13. **Claudere faciet plagam.** folio. 370. col. 2.

Quasi dissipasset bona ipsius. Audiant hoc qui bona regum curant, nihil distrahere, cōtra Domini voluntatem. Gen. 45. Rex ad Ioseph. **Dic fratribus tuis, onerate iumenta uestra.** folio. 162. col. 1. Et cap. 47. Dicitur de Ioseph. **Intulit pecuniam in domum parhol.** Quod vitinam hodie substantiam regis agētes aduertarent, & sic non tam cito ditelcerent. folio. 165. col. 1.

Non poteris uillicare. Ob mutuit, peccato suo conuictus. Obstruit enim peccatum, aut peccati conuictio, os peccatoris, ut neque loqui, nec excusare possillud. Sic Gen. 44. **Fratres Ioseph.** **Quid dicemus, & quomodo iustificabimus nos?** fol. 159. col. 2. Vbi vides quod melius sit, se accusare, quā peccatū male excusare, se accusare, Deum prouocat ad veniam, se excusare, ad iram.

Socio quid faciam. Non temere & ex abrupto opus difficile est aggrediēdū, sed prævia cogitatione omnia facienda sunt. Sic Exo. 31. Ad cogitandum cogitationes, & faciendum. fol. 303. c. 2.

Quantum debes Dño. Sunt multi qui bona face

E L E N C H V S

re nescierunt ex se, & solum faciunt cum necessitate præmuntur. Sic Exo. 23. Peregrinum non angustijs afficies, uos noſtis animam per. fol. 265. col. 2.

Filiū huius seculi prudent. Filiorum huius seculi est, inuenire modos quibus ditescant, & deſtitentur. Sed filiorum Dei est, modos inuenire, quibus Deum laudent. Sed horum paruus est numerus. Gen. 4. Tunc captus est inuocari nomen Domini. fol. 39. colum. 1. Vide. Et Gen. 6. Omne ſigmentum cogitationum coris cornū. fol. 48. col. 2. Et Gen. 3. Serpens fuit callidior omni bestia agri. Qui malum sequuntur, callidores cæteris sunt. fol. 27. col. 2.

Facite uobis amicos. Debitores pauperes facies tuos, & etiam ipsum Deum tuum amicum, & debitorem facies. Sic Deu. 24. Tibi erit iuſtitia coram Domino Deo tuo. fol. 616. col. 2. Et Leu. 19. Cum mœſueris mœſem terræ tuae. fol. 393. col. 1.

Qui fidelis eſt in minimo. Selet Dominus in minoribus probare nos ad maiora. Exo. 16. Ut tentem eum, utrum ambulet. fol. 233. col. 2.

Dominica. 9. Luce. 19.

 Lenit super illam. Expende quantum malum peccatum sit, ut faciat Deū corde dolere, & etiam flere. Sic. Gen.

6. Paſ-

I N O L E A S T R V M.

¶ Pœnituit Dominū homines fecisse. fol. 49. c. i. Fleuit super illā. Habes hic quāto dolore Deū vasa sua deleat, & cōfringat; nihilomin⁹ tamē perdit. Ibidē. Delebo homines. Fleuit super illam. Talis debet eſte prælatus ut de corde suo, ſep̄ ſp̄t̄ benefaciat, ſed iniuitus puniat. Sic Nu- merorum. 16. Moyses, in punitione Corach; Quia non de corde meo. fol. 482. col. 2.

Fleuit Dñs super illā. Difficiliter ſua artificia homines deſtruūt, & ſi hoc faciunt, ma- xima de cauſa faciūt, & hoc ſumme peccatum huius ciuitatis amplificat. Num. 14. Et quid fa- cies nomini tuo magnō? fol. 472. col. 2.

Quia ſi cognouiffes & tu. Solet Dñs occaſione petēti veniam peccatoribus dare, ſed vltio nō ſinit eos petere. Vnde Gen. 4. Dñs ad Cayn. Vbi eſt Abel frater tuus? fol. 38. col. 2.

Quia ad pacem tibi. Doceris, non diſceptare contra aliquem, niſi illi prius oſferas pacem. Deu. 20. Cum appropinquaueris ad ciuitatem ut pugnes contra eam, proclaimabis pacē. fo. 605. c. i.

Quia ſi cognouiffes. Extremū malū eſt malis affluſcere, nam qui in ſeruitute nati & nutriti ſunt, ſeruitutē pro libertate amplectūtur. Sic Num. 21. Dicebat illi. Ut quid nos ascendere feciſti ex Aegypto. fol. 103. col. 2.

Quia ſi cognouiffes. Debent præliti ſubditos ſuos admonere de magnis Dei operibus, & oculos corū quaſi aperire. Sic Deu. 3. Oculi tuū

E L E N C H V S

uident omnia quæ fecit Dominus Deus. folio. 562.
col. 1.

In hac die tua. Prælatorum, & maiorum est,
mala præuidere suorum antequam veniant;
& illis occurrit. Sicut fecit Pharao, qui e-
tiam futuram famem somniauit; & illi occur-
rit, præficiendo Ioseph. Gen. 41. Et Num. 16.
Accipe accerram. 483. col. 1.

In hac die tua. Expende patris pietatē, qui
futura mala prædicit, vt fugiant a facie arcus.
Sicut Ægyptijs futuram famen prædicit. Ut
illi malo occurrant. Gen. 41. Paroh somniauit.
Regi & non alio famen ostendit, quorum
est suis de necessarijs prouidere. fol. 152. col. 2.

Venient dies. Expende Dei clementiam, annos
vocat dies, vt sic resipiscant a malo, & osten-
dit quod dolet illos priuandos esse vita. Deu.
2. Triginta & octo anni. fol. 559. col. 1.

Veniet dics. Difficile in homines fæuit De⁹
Gen. 7. Fuit diluuium. 40. dies. fol. 54. col. 1.

Venient dies. Discant ex hoc loco iudices,
quod & si vitia ad tēpus dissimulāda sint, non
tamē perpetuo, sed tandem in ea animaduer-
tendū. Vnde Gen. 6. Dñs. Non litigabit spiritus
meus cum homine perpetuo. fol. 42. c. 1. Vide lite.

Circundabunt te. Disce hic immensam Dei
clementiam, qui antequam flagellet, admonet
ne flagellet. Num. 16. Tolle e circuitu habita-
culi Chorach. folio. 482. columna. 2. Et mirabi-
lis

I N O L E A S T R V M.

lis est peccatorum pertinacia, qui audientes
super se mala ventura non resipiscunt. ibidē.
Ne attingatis.

Ad terram prosterne te. Disce peccatorum
grauitatem, quod ob ea non solum peccato-
res ipsos, sed etiam insensibilia a Deo perdā-
tur. Gen. 6. Ab homine usque a iumentum. Et. Dis-
perdam eos cum terra. folio. 49. col. 1. 2. Vide li-
teram. Omnis caro corruperat viam suam. Vbi po-
nuntur diluuij causæ. fol. 45. col. 2. Et Exo. 12.
Usque ad primogenitum. Solet enim Dominus
impios in se, & suis castigare. fol. 221. col. 1. Et
Gen. 7. Delebo omne quod feci. Vide quā ū Deo
displiceat peccatum, vt ea quæ pulcherima
fecerat, tam facile deleat. fol. 53. col. 2. Et Leu.
26. dissipabo excelsa uestra, & disperdam imagines
uestras. fol. 422. col. 1.

Circundabunt te. Coangust. Sicut rebelliones
impiorum crescunt contra Deum, ita cresce-
re solent Dei cruciatus. Sic Exo. 8. Mitto
in te & seruos tuos mixtionem. folio. 207. colum-
na. 2. De quo vide Leu. 26. Si in ijs non audierit-
tis me, addam ut corrigam uos septics. fol. 422. c. 1.
De hoc vide Ioselem. cap. 1.

Ad terram prosterne te. Expende obse-
cio quam durus inimicus sit Deus. Leu.
26. Si ambulaueritis mecum ex aduerso. fo-
lio. 422. columna. 1. Et Deut. 29. Quæ
est ira furoris magni huius? Quanto quis ma-

E L E N C H V S

gis amatitur ab aliquo. Tanto si offendat se-
uerius punitur. Caeue ergo ne Deum qui
te summe diligit, offendas. fol. o. 620. colum-
na. i. Sequitur ibi. Iratus est Deus in terram ipsam.
Vide literam. Ut addat ebriam & silentem.
fol. 628. col. i.

Non relinquent in te lapidem. Aduerte commu-
niter peccatorem puniri, in ijs que maxime
diligit. Gen. 3. Deus ad mulierem ait, Multipli-
cabo dolorem, & conceptum. Quo scilicet in pre-
tio habetur. fo. 30. co. i. Et Leu. 26. Dissipabo ex
celsa uestra. fol. 42. col. i.

Coangustabit te, & filios qui in te sunt. Sicut Do-
minus suis seruat vitā bonam, ita & consuetā
mortem, sed impijs insolitā seruat mortem.
Num. 16. si ut moriuntur omnes homines. fol. 482;
col. 2. Et quod sequitur. Si creationem creauerit
Dominus. Noua supplicia creat, quibus pes-
simos cruciet.

Et filios qui in te sunt coag. Sed non oēs sunt
deleti. Docet enim nō malos omnes esse de-
lendos Gen. 7. Ex omni iumento mundo capies tibi
septem, & septem. fol. 53. col. 2.

Eo quod non cognoveris. Iustificat semper
Deus causam suā neq; punit, nisi nos, nostris
malis eum punire cogamus. Sap. 18. Visiones
quæ illos turbauerunt, h̄c præmonebant ne
inisci quare mala patiebantur perirent. Et
Esa. 47. Vniuersa venerunt super te, pro-
pter

I N O L E A S T R V M.

pter multitudinem maleficiorum tuorū. Et
Gen. 6. Vedit Deus quod multa malitia esset homi-
num in terra. fol. 48. col. 2. Et Gen. 18. Descen-
dam nunc & uidebo. Et illud colloquium cum
Abraham ad hoc pertinet. fo. 91. co. i. Vide.
Dominica. 7 Excidetur.

Dominica. 10. Luc. 18.

Torarent. Expende finem veniendi
in tēplum, vt scilicet orent Leuit. 26;
Vbi nos habemus. Si ambulaueritis
mecum ex aduerso. Alij legūt. A casu & additur
ego etiam ambulabo vobiscum a casu. Casus
secundum Arist. est causa de peraccidens.
Quia casu transiuit per Ecclesiam, breui-
ter orauit. Etiam a casu Deus tecum aget. Ma-
gnum Dei flagellum. Cum scilicet ipse tecū
gerit, ac si tua non curaret. fol. 422. col. i.

Ieiuno bis in Sabbato. Docet nos locus iste, eū
deterius curari & periculosiori laborare mor-
bo, qui bona opera mixta malis habet, quam
qui omnia mala. Ut patet in Pharisēo & pu-
blicano. Iste omnia mala habebat, ille aliqua
bona malis mixta. Vnde Leu. 13 Dicitur. Ne-
que claudere faciet eam, si operuerit lepra omnē
cutem plagā. fol. 370. col. 2.

Ieiuno bis in s. Sua pauca expedit homo opera,
& Deo illa obiectat. Et cōsiderare negligit, quā

E L E N C H V S

ta & multa Deus pro ipso faciat. Gen. i. Fructi
ficate, & multiplicate nos. fol. 13. c. 2. Vide in fest.
S. Nicol. de Tolent. Ecce nos reliq.

Ieiuno bis in Sabbatho. Expēde hominū super
biā, qui sua Deo obiectant, ac si essent valde
bona, cum sint multis malis inmixta, quæ
Deus ad tuum ministerium creat sunt valde
bona Gen. i. Fiat lux, & fuit lux, & uidit Deus
lucem quod esset bona. fol. 12. col. 2.

Decimas do omniū que. Solent homines circū
stantias operum honorum suorum Deo ob-
iectare, & ostendere; ac si ipse oculos ad vidē-
dum non haberet, cum Deus nihil horum o-
mittat & per singula laudet. Sic. Gen. 22. Non
prohibuisti filium tuum unicūm a me. fol. 101. c. 2.
Et Num. 23. Dixit ad eum, septem altaria ordina-
ui. fol. 513. col. 2.

Velut hic Publicanus. Expēde hominum super
biā, qui nolunt sibi similem, aut equalē ha-
bere. Audiāt isti Deū dicentem Gen. i. Facia-
mus hominem ad imaginem, fol. 13. col. 2.

Nee oculos ad cœlum leuare. Expēnde hominis
pœnitētis humilitatem, boni pœnitētis est, ex-
pendere excessum peccati, & se omni pœna
dignū, iudicare. Sicut malic cogitare, punitiō-
nē, mala quæ fecit superare. Sic ille pœsimus
Cayn. Gen. 4. Maior est punitio mea quā ut feram.
fol. 38. col. 2. Vide literam.

Deus propitius esto mihi. Se nō excusat, sed
accusat,

I N O L E A S T R V M.

accusat, e contra ille primus homo. Gen. 3. Ad
Deum ait. Mulier quam dedisti mihi fol. 29. co. 2.
Et Exo. 32 Tu nosti populum, fol. 311. col. 2.

Deus propitius esto. Ore & corde se peccato-
rem confiteatur. Multi vero sunt, quorum pœ-
nitentia est, se ore peccatores fatere, corde ve-
ro numquam a peccatis recedunt. Sic Exo. 9.
Pharao. Dominus iustus est, ego & populus meus
impī. fol. 210. col. 2.

Deus propitius esto mihi. Si contra legem feci
sti, ad pœnitentiā curre. Quoniam Deus peccā-
tibus propitiatur. Optima enim coniunctio
erat arcæ cum propitiatorio, vt si contingere
in lege peccare, ad manum esset propitiatoriū
Exo. 25. Pones propitiatorum super arcam. fol. 278
columna. i.

Deus propitius esto. Illum qui se accusando
condemnauerit, Deus non condemnabit. Sic
Leu. i. Offerē filij Aaron sacerdotis sanguinem. fol.
336 col. 1.

Deus propitius esto. Fœdissimus, & fœtidus est
peccatorum odor, holocaustum pro eo non
acceptat Dominus; nisi illum præcedat, & co-
fessio & oratio, Le. 9. Suffire fecit super holoca-
ustum. fol. 357. col. 2.

Deus propitius esto. Audis hic peccator, qui-
bus muneribus debeas coram Deo apparere.
Optimus coram Deo ingressus, cognoscere
te peccatorem, & Dei misericordiam petere.

E L E N C H V S

Leu. 16. Cum hoc ingrediatur cum uitulo filio bouis.
fol. 380. columna. 1.

Deus propitiis. Expende quid Deus a peccatore petat, népe sui peccati cōfessionem, sed ipse multoties excusationem, & ignorantiam prætendit. Gen. 4. Dominus ad Cayn. Ait quid fecisti? fol. 38 col. 2.

Deus propitiis esto. Tristis esse debet, omnis peccatorum recordatio coram Domino Nu. 5. Non fundet super eam oleum. fol. 440. col. 1.

Descendit hic iustificatus. Dominus est qui iustificatum affirmat. Nō putes tuam confessio nem ad iustitiam sufficere, Dei iudicium in hoc est expectandum, qui solum scit, quando mūdetur & iustificetur homo. Sic Leu. 15. Non vult Dominus, ut se fluxum patiens cōtinuo mundatum iudicet. Si mundatus fuerit. Et, Die oīana sumet duos turtures fol. 377. col. 1.

Descendit hic iustifi. Audis hic quod tantū, imo plus valeat opus bonū ad remissionem, quam culpa ad damnationē. Plus valet Christi Domini passio ad remissionem, quam totius mūdi culpa ad dānationē. Sic Ge. 8. Dixit Domin⁹ in corde suo. Nō addā ut maledicā ultra fol. 60. col. 1. Et Ibi. Ad huc omnes diest terre. Quę cūquā mala peccata intulit, p̄nitentia auferit. Et c. 9. Benedixit Deus Noe. Considera quot bona acquirit uno bono opere. fol. 64. col. 2. Et ibi. Frutificate, & multiplicate nos.

Domi

I N O L E A S T R V M.

Dominica. 11. Mar. 7.



Vrdum & mutum vide Dominicam. 3. Qua dragesimæ.

 Ingemuit. Quoties te peccatorem videt Deus gemit. Et te fecisse illum p̄nitet. Expende quantum malum peccatum sit, ut Deum faciat corde dolere. Gen. 6. P̄nituit Dominum homines fecisse. fol. 49. col. 1.

Necui dicerent. Fugiendani vanam gloriam docet. De hoc vide Dominicā. 9. Vide fer. 4. cine, ut videantur ab ho. Et in festo transfig. Neinini dixeritis.

Plus predicabant. Vide Dominicā. 18. Vade in domum tuam.



T plagi⁹ impositis. Videant qui aliquę percuserint, ad quid teneantur. Exo. 21. Si percusserit quis proximum suum, & non f. fol. 252. col. 1.

Vise illo. Crudelitatem maximā in sacerdoce & leuita notat. videre enim aliorum mala, etiam naturaliter, ad miserendum prouocat. Gen. 7. Clasit Dominus ostium super eum. Vbi notat Christo. ne scilicet posset iustus generalem omnīū interitū videre. Ut nec sic dolore cōficeretur. f. 54. c. 1. vide inf. dñā. 15. quā cū vidisset

Vise illo. Solet rigor & zelus mūdi tiā sequi, nara

ELENCHVS

nam qui iusti, & mudi a peccatis sunt. Raro erga proximos peccatores flectuntur, misericordia. Ideo præcipitur Exo. 40. Lavatis eos aqua & unges eos. Volunt Etiam vngtos esse, vt & quo ferrent animo peccatorum mala. fol. 331. col. 2. Et Ibi. 29. vngebantur oleo & sanguine. Accipies olei unctionem. Et capies de sanguine. Ut scirent, vinum & oleum plagis infundere ut scirent olei misericordiam, cum rigore sanguinis temperare. fol. 296. col. 1. 2. Et Leu. 8. Tulit ex oleo unctionis, & sanguinem. Non solum miserari, sed punire debet prælatus. Vinum, & oleum scilicet debet infundere. fol. 355. col. 2.

Vinū & oleū. Licet terrorem ostendas, decet vt amore etiam mulceas quos terruisti: sic Dominus Deu. 33. Postquam in dextera igneam legem tulit, quo illos terruit. Secum simul amorem tulit. Etiam diligit populos. fol. 646. column. 2

Vinum & oleum. Nunc hoc nunc illud, secundum prudentiam iudicem. Gen. 9. Timor uester erit super omnem bestiam terræ. fol. 64. col. 1.

Domini. 13. Luc. 17. Vide Domica. 3. Post Epiph.



Teterunt a longe. Semper abhorruit Deus omnem immunditiam, maxime peccati. Ideo a commercio hominum

IN OLEASTRVM.

num voluit procule esse. Sic. Leu. 13. De leproso. Solus habitabit. fol. 371. col. 1. Et Num. 5. Prece pefilijs Isr. & emitant e castris omnem leprosum. fo. 439. col. 2. Et Leu. 8. Conbusit igni extra castra. Vbi vides quam longe abiiciendæ sunt a nobis peccatorum reliquiæ. fo. 354. co. 2. Et Exo. 29. Carnes iuuenci, & pellem eius, & finum conburnes. Vbi apertissime vides quantum aborreat Deus a peccatis nostris. fol. 296. col. 2. Et Le. 4. Et pellem iuuenci, & totam carnem eius. Fol. 343. col. 2. Et Exo. 32. Tulit uitulum, & conbusit igni. fol. 311. col. 2. Et Nu. 19. Integrum in qua non sit macula. Et Ibi. Abluet sacerdos. Et Sed & qui comburit. fol. 492. col. 2. 493. col. 1. Ad hoc pertinet illud Exo. 17. Delebo memoriam Amalec. Et Deu. 23. Locuserit tibi fol. 613. col. 2.

Et leuauerunt uocem. Vide fer. 5. post. Pridie Domini. Quia clamat post nos Iesu præceptor milere. Vide ibi filii David miserere.

Quos ut uidit. Sufficit si Deus nos videat. Vide fer. 4. post. 4 Domi. Videl cæcum. Et infra. Domini. 15. Quā cū vidisset Dñs. Ad quid dantur flagella. ibi. fe. 5. Cananeæ. Iesu:

Ite ostendite uos sacer. vt ostendat quale debet esse erga populum sacerdotū munus, scilicet peccatorem a peccato abducere, & mundum esse ostendere. Leu. 14. Ista est lex leprosi, in die quam mundandus est, adducetur ad sacerdotem. fol. 373. col. 2. Et Deu. 18. Dabis sacerdoti brachium. Ut scilicet

E L E N C H V S

scilicet cum peccatis obrutus peccator se leua
re voluerit, tu qui sacerdos es, illius manum
& brachium apprehendens, eum a peccato le
ues. fol. 600. col. 1. Et Exo. 6. Ter dicit, iste est
Aaron & Moysen. Iste sunt qui locuti sunt ad
Pha. vt educat Istr. De Ägypto. Vult enim do
minus nos scire, sacerdotes positos ut nos edu
cant a peccato, & vt nobis per illos Dei pro
missa donentur. Et Exo. 19. Eduxit Mysen po
pulu in occursum Dei. Vbi docentur pastores,
populum mundum, Deo que acceptabilem
ci offerre. fol. 244. col. 2. Et Ibi. 27. Aff. rent ad
te oleum oliu. Nos nostra que examinare de
bet sacerdos, si digna sunt Deo. fol. 284. col. 2.
Et Num. 27. Iuxta sermonem eius egredietur. Ma
xime circa illa quæ Dei sunt. fol. 529. col. 2.

Ite ostendite nos sacerd. Docet Dominus nos
media per quæ iactuemur. Gen. 6. Fac tibi arcā,
fol. 49. col. 2. Et Exo. 7. Ägyptijs viam relin
quit, qua sibi mederi possint. Foderunt Ägyptijs
per circuitum fluminis aquas. fol. 206. col. 1.

Nouem ubi sunt? Qui diu virtutem aut sancti
tatem coluerunt, facile ad eā reuertuntur, quē
admodū qui in peccatis versatus est, difficile
ad virtutem reddit, etiā si aliquando eā colere
videatur. Hi assueti malis ad dñm non reuertū
tur, ad quem ante humiles venerant. Sic Exo.
32. Congregati sunt ad cum filii Leui. Quoniam præ
ceteris Deo ministrabant, facile ad eius partes
tuend

I N O L E A S T R V M.

tuendas reuertuntur. fol. 312. col. 1.

Nouem ubi sunt? pessimum est vitium ingrat
itudinis quæ tā cito beneficiorū obliuiscitur,
Aristides percontanti quid scito senesceret,
gratia (inquit) sentiens iniuriæ memoriam te
nacissimam, beneficij breuissimā esse Gen. 22.
Benedixit Deus dei septimo: Vbi gratitudinem
docet nos debere habere, beneficiorū innos
collatorum. fol. 21. col. 2.

Nouem ubi sunt? Multi sunt qui domos alios
rum frequentant, quam diu illis opus habēt,
cum vero quæ sibi sunt necessaria acquirunt,
neminem neuerunt. Gen. 8. De coruo. Egres
sus est egrediendo & red. fol. 59. col. 2.

Et daret gloriam Deo. Gratiore erant, & sunt
sancti, pro inisis Dei, quam nos sumus beneſi
torum exhibitioni. Gen. 12. Aſſicauit ibi alta
re Abram. fol. 74. col. 2. Et. 17. Cecidit Abr. infa
fol. 87. col. 2.

Et daret gloriam Deo. Iusti non solū Dei mu
nera Deo reddūt, sed etiam quæ sua industria
acquisiere; iniqui vero sibi tribuunt, non so
lum quæ sua industria acquirunt; sed quæ Dei
munere consequuntur Gen. 43. Deus uester &
Deus patris ueſtri. fol. 158. col. 1.

Etdaret gloriam Deo. Non solum non sunt
obliuioni tradenda Dei beneficia sed pro eis
inonus Deo est offerēdū Le. 7. Si pro gratiarū
afflione obtuleris. Nota ibi q̄ caro huius victimę
non

ELENCHVS

non erat in crastinum seruanda. Ut ostendat non esse differendas gratiarum actiones. fol. 333 columnna. 2.

Et daret gloriam Dco. Pulchre docemur hic, ut quotiescumque memorie nostrae occurrerint Dei beneficia nobis exhibita, toties in eius laudes prorumpamus. Sic. Num. 21. Tunc cecinit Isr. carmen hoc. fol. 504 co. 2. Et Exo. 15. Tunc cecinerunt Moysch & filii Isr. fol. 230 col. 1.

Et daret gloriam Deo. Docet hic locus, ut cum primum beneficium aliquod acceperis, statim gratias agas. Gen. 8. Edificauit Noe altare Domino. fol. 60. col. 1.

Fides tua te saluum fecit. Docet nos beneficia quæ alijs facimus tegere, & alijs tribuere, potius quam nobis. Beneficia salutis quæ Dominus præstabat, in fidem collocabat sannatorum. Sic. Exo. 1. Dicebant obstetrics. Non sicut mulieres Ægyptiæ Hæbreæ sunt. fol. 189. col. 1. Math. 9. Dominus ad Sanguinariam, fides tua te saluâ fecit. Et ibi ad cæcos secundū fidem vestram fiat vobis. Et Mar. 10. Ad Barthimeū, Dominus fides tua te saluum fecit.

Domini. 14. Math. 6.

Nemo potest duobus. Nihil meo iudicio est, quod ita oculos diuinæ maiestatis offendat, quam confundere ea quæ ipse

IN OLEASTRVM.

ipse voluit esse discreta. Ideo ut dicitur Gen. 1. Divisit lucem a tenebris. fol. 13 col. 1.

Non potestis Deo seru. & man. Multi sunt, qui Deo & man monæ seruire cupiunt, qui in ore Deum, in corde lucrum portant, de quibus erat ille Balam qui Nu. 22. Dicebat si daret mihi Balac, domum suam plenam argento. Sed post modum absque argento, in populi destructione consilium dedit. fol. 508. co. 2. Et Deu. 22. Nō se res uineam. fol. 610. col. 1.

Non potestis Deo ser. Omnia Deus sibi vult deberi, & nullo alio deteruire. Deu. 32. Videte quia ego sum solus. fol. 641. col. 1. Et Ibi. c. 6. Audi Isr. Dominus Deus noster, Deus unus est. fol. 574. col. 1. Et Ibi. c. 5. Ego sum Dominus Deus tuus qui eduxi te. Deo detrahimus, quod alijs tribuimus. folio; 570. columnna. 1. Nec bene Dagon, & Dei arca in uno loco morantur. 1. Reg. 6. Quæ conuentio lucis ad tenebras?

Nolite solliciti esse. Arguit locus iste auaros, qui etiam si suppetant necessaria, nō quiescunt Gen. 2. Requieuit die. 7 fol. 21. col. 1.

Nolite solliciti esse. Non est ex nobis, nostra saictas vel pœuria, sed ex Deo, qui dat vnicuique pro ut ei opus est. Exo. 16. Non plus habuit qui plus collegit. fol. 233. col. 2. & vide quod sequitur. Vermiculavit.

Quid manducamus. Mirum valde est quam sollicitus sit fere omnis homo, ad futura inquira
O renda

E L E N C H V S

rēda, vt scilicet sibi possit prouidere, tā mala, quā bona, vnde prohibet Dominus Le. 19. Nō augurabimini. Quoniā scit pater vester quibus in digetis, & vestri curam agit. fol. 394. col. 1.

Scit enim pater. Vult vt iactes cogitatum tuum in eum. Leu. 25. Si dixeritis quid comedemus. fol. 417. col. 2.

Quid manducabimus. Quid facitis, qui necessaria, aut potius superflua in immensum multiplicatis, quasi si Deum vobis prouidentē non haberetis? Exodi. 16. Colligit ex eo singuli, quantum ad uescendum sufficiat. Sicut faciunt quotidie auescteli, quibus Deus quotidie pabulum præbet. fol. 233. columnna. 2. Vnde sequitur quod dicebam⁹, quod nō plus habuit qui plus collegit, vt hinc colligas, quam vana est hominum sollicitudo. Vnde multi sunt qui obtemporalia Deo deseruiunt. His deficientibus, murmurare de eo coguntur, vt patet. Num. 21. Locutus est populus contra Deum. fol. 503. col. 2.

Scit enim pater uester. Audi o homo, te patrem habere Deum, qui continua cura super te inuigilat. Sic Deu. 11. Terra montium & valium est. Quæ scilicet super se oculos habet Domini. fo. 584. co. 2. Et Ge. 45. Ioseph ad fratres Misit me Deus ante uos. Vt videoas miram esse Dei curam erga suos. fol. 162. col. 1. Gene. 1. Ecce dediuobis herbam. De quo diximus domini. 5. post Epiphaniam patri fam. Et Gene. 3.

Fecit

I N O L E A S T R V M.

Fecit Deus tunicas pelliceas. Vt videoas quod in nullo Deus suis deficiat. Sic Helix eibum per angelum missit. Et Danieli per Abacuc, & angelum, & Heliae etiā per coruum, & Paulū heremitarum primo, vnde Num. 4. Dicitur Panis iugis erit super eam. Vt videoas quanta cura suos alat, & nutriat. fol. 417. col. 1. Et Exo. 23. Vt continua indigentia nostræ memor esset, ante se panes voluit esse. Pones super meam panem. fol. 278. col. 1.

Omnia hæc adiçtentur. Sicut bonis Deus dat cibum suo tempore, sic amalis & quos habent auferit. Exo. 10. Adduco cras locustam. Et. Comedet residuum quod euasit. fol. 212. co. 2.

Dominica. 15. Luc. 7.

Ibat Iesus in ciuitatem. Occasiones quæ erit ut omnibus beneficiat sic exiit ad Samaritam, & Canancam. Genit. 18. Ipse se iebat in ostio tabernaculi. Vt frequentius, hospites quos reciperet, habere posset, & ne illius absque refæctione præteriret. folio. 90. columnna. 1.

Iabant cum eo discipuli eius. Docet nos querere comitiam, cuim longum, vel periculosum iter arripiendum est. Gen. 42. Venerunt filii Israhel in medio uenientium. fol. 155. col. 1.

Et turba copiosa, Urbanitatē docet locus iste

EL ENCHVS

vt nobiles assotiemus in itinere. Est enim anti qua consuetudo, qua consueuimus nobiles ducere, & cum eis aliquod spatium ambulare eos comitando. Sic. Gen. 18. Abraham ibat cum eis. fol. 91. col. 1.

Ecce defunctus efferebatur. Mos erat Iudæis extra castra suos sepelire, vt patet. Le. 10. Ratio huius erat quia locus in quo mortuus iacebat, in mundus reputabatur, sicut cadauer ipse.

Filius unicus matris sue. In flagellis procedit Dominus amitoribus incipiendo, cum vero nullam videt emendam, destruit quæ maxime diligimus, vt patet in Ægypti plagi. Exo. 9. Ecce manus Domini in pecudibus. fol. 210. col. 1. Et tandem c. 12. Exo. Dicit. In cunctis dijs Ægypti faciam iuditia. fol. 220. co. 2. Et Sap. 12. Dicitur. Hos qui errant partibus corripis, vide locum, vt illos paulatim exterminaret, non quia impotens. Sed partibus iudicans dabas locū pœnitentiæ. & infra. Si enim inimicos ser. t. cum tanta cruciasti attentione. De quo vide hic supra Domina 9. Non relinquetur.

Filius unicus mat. Omnia in manu dei sunt, nunc filium tribuit, nunc auferit. Gen. 4. Eua. Acquisiui uirum a dñō. non naturæ tribuit. fol. 37. co. 1. Et. 15. Mihi non dedisti semen. fol. 82. co. 2. Et c. 4. Posuit mihi Deus semen aliud pro Abel. fol. 39. column. 2.

Et turba ciuitatis multa cum illa. Mortuorum paren-

IN OLEASTRVM.

parentes debemus tali in tempore comitare, & consolare. Gen. 50. Ascenderunt cum eo omnes Serui Parabol. fol. 176. col. 2. Et 37. Cum lugeret Iacob perditum, vel mortuum Ioseph. Surrexerunt filii ut consolarentur cum. folio. 142. column. 2.

Turba multa ciuit. Malorum proximi compassionem esse habendā, docet locus iste. Sunt enim multi qui cum mala, vel peccata aliorū vident, non flent, nec compatiuntur. Sed quod deterius est, & rident & gaudent. Num. 25. Et ipsi flebant ad ostium tab. fol. 523. col. 1.

Quam cum uidisset Dominus. Videre pauperē ad hoc vt eius misereamur docet nos locus iste. Videt Dominus mulieris miseriā & commotus est. Sic Exo. 34. Ego sum fortis, & commotus. Quasi dicat egosum qui sum fortis, & sum commotus. i. cuius viscera commouentur visa miseria. fol. 317. co. 2. in litera late. Et Exo. 2. V dit Deus filios Isr. & cognovit. fol. 190. co. 2. Et Deu 26. Videl afflictionem nostram, & laborem nostrum & oppressionem nostram. Nō perfunctorie nostra mala videt, & transit. folio. 620. col. 2.

Quan cum uidisset Dominus. Omnes volumus indigentias nostras ab alijs videri, rati tamen sunt qui velint aliorū videre miseriā. Et si vident terga vertutē audi quid re ferat Dominus de sacerdote & leuita. Luc. 10. Vulneratum vident, & viollo illo præterijt. Expende viollo:

E L E N C H V S

illo. Deu.22. Præcipitur. Non uidebis bovem frag-
tris tui, uel pecus errantes, & abscondes te ab eis. Ex-
pende hæc. fol. 609. co. 2. De hoc vide Domini.
16. Scilicet Sabbato. Et Gen. 47. Ægyptij ad
Ioseph cur ergo morimur te videntie? em-
phasim habet illud te vidente. Communiter di-
citur. Si oculus non videt, cor non dolet. Vn
de Thobias 4. ad filium ne auertas faciem tuā
ab ullo paupere. q. d. si videris, eius misericordia
succurres. Non poteris videre & non misere-
ri. Vnde 1. Ioan. 3. Qui viderit fratē suum &
clauserit visc. Quomodo charitas Dei manet
in illo? singula emphasiū habent. Ideo Do-
minus Heliam mittit in Sareptam, vt sic fa-
mam, & necessitatem oculis videat, & illi ora-
tionibus succurrat. Sic de leprosis. Luc. 17. Di-
citur. Quos cum uidisset Dominus, sufficit ut
videat. Sic Agar. Ge. 16. Deus qui vidisti me
q. d. sufficit me vidisse errantem, ut ad me
mitteres angelum. Vide fer. 4. post. 4. Domi-
nidit hom. cœcum.

Quia cum uidisset Dominus. Permittit Deus
in magnas angustias nos duenire, ut inde nos
eruat, & ut liberatorem cognoscamus Gen.
21. De Agar. Errauit in deserto. fol. 99. col. 1. Et
Ibi. 33. viiiit & Ecce es tu ueniebat. Ostendit Do-
minus pericula, & mala suis, ut cognoscant a
quibus liberauerit, & grati sint illi, fol. 132. co. 1.
Sic cum David fecit i. Reg. 23. in fine.

Misericordia

I N O L E A S T R V M.

Misericordia motus super eam. Docet nos mi-
sericordes esse debere. Exo. 34. Non coques hedū
in lucte matris sue. fol. 323. col. 1. Qui erga bruta-
tales nos esse vult, quales erga homines nos
desiderabit? Et Ibi. c. 40. Vnges tabernaculum, &
omnia quæ sunt in eo. Ut discant qui illi ministrat
pietatem exercere. fol. 331. col. 2. vide supra. Do-
mini. 12. Visso illo. Samaritanus misericordia
motus est super eum.

Noli flere. Non fletū pro mortuo condēnat,
sed cōpescit. Quis enim negabit iura naturæ?
Gene. 21. Displacuit res ualde Abraham. Cum
diceret Sara ei uice ancillam, & fili. fo. 98. col. 2
Sic Ibi. 23. Ipse Abraham. Venit ad plangendum
Saram. Ut videas non impium esse, nec alienū
a fide, charos lugere. fo. 103. co. 3. Nam & Chri-
stus Lazarum plaxit. Et Deu. 21. Eleuit patrem
suum, & matrē suā. fol. 607. co. 2. Et Le. 10. Fratres
uestri, omnis domus Isr. flebunt combustionem. folio
360. col. 1.

Noli flere. Audiant hoc qui mortuos fideles
immoderate lugēt. Hoc innuit Dominus Deu-
teronomii. 14. Cum precipit. Neque ponetis
calutium inter oculos uestros. fol. 591. colum-
na. 1.

Noli flere. Audiant hæc sacerdotes, & qui do-
mini sunt, sacerdotes enim nihil præter diuina
debent curare. Non suorū mortem, nō bo-

EL ENCHVS

norum amissionem sic Leu. 10. Illis præcipitur. Capita uestra non nuditis. fol. 360. col. 1. Et Ibi. 21. Super animam non contaminabit se in po-
suis. Fersam peccat sacerdos in quo alij meren-
tur, sed constat non omnia pia omnibus con-
uenire, nec semper. fol. 400. col. 1.

Noliflere. Ad fœminam hæc diriguntur ver-
ba, quæ in huiusmodi plorationibus admir-
abiles tragedias faciunt. Ad quas diriguntur
illa verba. Leu. 19. Incisionem pro anima nō dabi-
tis in carne uestra. fol. 394. col. 1. Et illud Deute.
14. Neque ponetis calvi. fol. 591. col. 1.

Qui propheta magnus. Docet nos locus iste,
vt cum primum a Deo beneficium accipi-
mus, continuo in laudem Dei prorumpamus
Sic Exo. 15. Cum beneficium liberationis ac-
ripiunt. Tunc cecinerunt Mosch & filii Isr. can-
ticum Domini. folio 230. columna. 1. Sed hoc
ingenium est hominum, quoties nobis oc-
currit qui nobis intulit malum, in pessima
prorumpimus verba, & si possumus, vindi-
care volumus malum illatum, sed si benefa-
ctor obuius sit, non solum laudibus tempera-
mus, sed nos abscondimus, ne illum videamus
aut honoremus.

Dominica. 16. Luc. 14.

IN OLEASTRVM.

 N domum cuiusdam principis. Curan-
di sunt valde (adiutibus, & principiis)
bus) oës ministri Dei, & deberet sem-
per duas apud se habere religiosum hominē,
a quo quæ Dei sunt audiat. Sic fecit Micha.
Iud. 17. Et cum in domo sua leuitam ad ma-
nendum recipit, dicit, nunc scio quod benefa-
ciet mihi Deus. Et Deut. 12. Præcipitur. Cau-
ne derelinquas leuitam. In omni tempore quo uerfa-
ris in terra. Expende in omni tempore. Sem-
per enim est necessarius qui te doceat legem
Dei, & ad Dei timorem inducat. fol. 586. col.
2. Et ibi. cap. 14. Et leuitam nō relinques. fol. 591.
col 2. Et expende quod sequitur. Reponas intra
poras tuas. Et veniet leuita.

Manducare panem. Ciborum abundantia
hic a Domino cōdemnatur. Vnde solum illa
animalia uelabat sibi offerri, quæ homini
ad cibum non ad delicias deseruirent. Sic ha-
bemus, Leu. 1. De bobus & pecudibus. fol. 335. col.
2. Et. Gen. 1. Ecce dedi uobis herbam. Expende
quid in cibum primo homini concedat. Et c.
2. Fructum arborum comedere iubet. Ex omni
ligno. Semper enim grata Deo fuit parsi-
monia. De quo Num. 6. Vir uel mulier. fol.
443. col. 2. Audi quam ægetulerit Deus, Na-
mer. 11. Eos quos ipse ad tempus carnibus
priuauerat, & quos pane cælesti pascebat, in
carnes deperisse, dicentes. *Quis comedere faciet*

O §

nos

E L E N Č H V S

nos carnes. folio. 462. columna. 1.

Sabbato manduc. Ingressus est ut māducaret, sed potius ut hominē totum sanaret. Talibus enim in operibus cōsumendū est Sabbatum. Exo. 20. Prēcipitur. Memēto ut diem Sabba ti sanctifices non ad hoc est Sabbatum ut tri pudies, ludas, sed ut opera sancta & pia, in die sancto facias. Ioan. 5. Festum erat cum Dominus paraliticum sanat, & quando cæco visum tribuit. Ioan. 9. Hæc enim est requies Domini audi ipsum Dominum Esa. 28. Dicentem. Hæc est requies mea. Reficite lassum, & hæc meum refrigerium. Et sequitur, & noluerunt audire. Expende hæc o homo, qui festa non sanctificas, sed polluis. Et Exo. 31. Sex diebus fiet opus. Die septimo requiei est. Quasi dicat. Si sex dies in operibus carnis consummis, cur non septimum in operibus pietatis, quandoquidem hæc Domini requies est? folio. 304. columna. 1. Post quā Deus hominem creauit, imperatore que mūdi constituit tūc dicitur. Gen. 2. Requieuit die septimo. In quo scilicet hominē creauit. fol. 21. col. 1. Hæc enim est Domini requies homini benefacere, & illū bonis implere. Quod qui facit refrigeriū Dño præstat. De quo (Deo dante) late in nostris locis communibus dicemus.

Silicet Sabbato curare. Imo opus proprium est Sabbati, proximo benefacere, & pietatem erga

I N O L E A S T R V M.

erga alios exercere, quod legimus fecisse Thobiā. In diebus festiuis. Pauperes ad se vocabat, c. 2. Pietas enim ubiq; , & omni tempore est exercenda. Num. 22. Angelus ad Balaam. Propter quid percussisti asinam tuam? Curant Angelia Dño suo edocili, maxime pietatem. fol. 509. columna. 1. Si in animalibus, Dominus desiderat pietatem quid erit in homine? Exo. 23. Non coques hædum in latte matris. Non solum in homines, sed in pecudes, & volucres, te pium esse voluit Deus tuus. fol. 266. c. 1. Et idem habetur. Exo. 34. fol. 323. column. 1. Et Num. 10. Et profectum est uexillum. folio. 413. column. 2. Et Deut. 22. Multæ sunt leges pietatem docentes. De bove, asino. De nido auium, & vide præmiū, ut bene sit tibi & prolongare facias dies. folio. 610. col. 1.

Si licet Sabbato curare. Nullū est opus tā du flū, tam Sanctū, in quo iniquus non inueniat circumstantiā aliquā, qua illud damnet. Imo ex operibus iustitiæ peccata faciūt. Sicut ecō tra iusti ex peccatis opera iustitiæ & Dei. Sic Gen. 45. Ioseph ad fratres pro salute vestrā me missit Dñs. Ne dolore afficiamini. f. 161. c. 2. Cuius uestrum. Istæ pietatis leges hic positæ, absoluuntur a tempore. Nec ullum excipiunt diem, sed nec hominem.

At illi tacuerūt. Obstruit peccatū, aut peccati con-

E L E N C H V S

convictio, os peccatoris, vt neque loqui, nec excusare se possit. Sic Gen. 44. Fratres Ioseph. Quiddicemus & quomodo iustificabimus nos? fol. 159. col. 2.

Apprehensum sanauit eum. Forsan nec petebat salutem nec in Dominino confidebat, nihil enim horum dicitur in Euāgelio, sed quia Dominum Pharisæi obseruabant, illum coram Domino adduxerunt, & forsam nolentes. Quem Dominus apprehendens sanat. Vbi expendere licet quod etiam Dominus multoties nolentes adiuuat. Sic Gen. 19. Vim faciebant Angeli Loth. Nolentem cum suis exire adiuuāt. fol. 94. col. 1. Et Gen. 8. Misit manum suam & introduxit eam. fol. 59. co. 2.

Apprehensum sanauit. Mirū est dicere, quod etiam ad tesanandum violentia, & potentia Deus vtatur, vtinam sic se fineret homo a vi tuis rogari sicut ad opera virtutum. Ad hæc quasi vi ducitur, ad illa libetissime currit. Paret in illo populo qui libentissime iocalia ad Deum fabricandum dedit. Exo. 32. Et separauerunt se omnis populus. fol. 310. col. 1.

Ad inuitatos parabolam. Admonet locus iste, hospites gratos esse debere ijs, qui eos hospitio receperunt. Vnde Gen. 18. Angelus ad Abraham. Reuertendoreuertar. Ad hoc scilicet vt filium habeat. folio. 91. col. 1. Et Luc. 7. Dominus Simonem erudituit, qui eum inuitauerat.

Et

I N O L E A S T R V M.

Et ibi. 19. Gratus extitit in Zacheum. Et. 3. Reg. 17. Helias viduæ gratus extitit.

Non discumbas in primo loco. Hoc malum habet eos qui nolunt humiliari, & subiici, cum debent esse subiectos, vt postea magis subdātur, & humilientur. Sic fratres Ioseph. Gen. 42. Incuruauerunt se ei, facie tenus super terrā. fol. 155. col. 1.

Recumbe in nouissimo loco. Humilitatem omnibus gratam esse ostendit. Sic Angelus ad Agar. Gen. 16. Et humilia te sub manu eius. folio. 85. col. 2.

Recumbe in nouissimo loco. Prudentiam docet, vt discas humiliari, & exaltari, cum tēpus hoc docet. Sic Gen. 46. Joseph ad fratres. Dictis uiri pastores sunt serui tui. fo. 163. col. 2.

Qui se exaltat humiliabitur. Qui se supra se sine Deo extollitur, hac poena mulctatur, vt infra se deiciatur. Gen. 3. Dominus ad serpē tem. Super uentrem tuum gradieris. Vides quid pariat excellentię appetitus, nempe deiectionem. fol. 29. col. 2.

Qui se humiliat. Ostendit Deus viam homini, qua excelsior alijs esse possit, scilicet vt se humiliet. Deu. 28. Si obediendo obedieris uoci d.d.t. fol. 623. col. 2.

Qui se humiliat exaltabitur. Non solet Dominus alta eleuare, sed infima. Non gaudet Dominus facta facere, sed infecta. Sic. Gen. 25.

E L E N C H V S

25. Egressus est prior rufus totus ipse. fol. 112. c. 1.

Dominica. 17. Math. 22.

GOnuenerunt in unum. Infirma res peccatum. & debilis. Sicut enim nihil iustitia audatius. Ita nihil peccatore infirmius. Multitudine armatur, ut in iustitiam suam confiteatur. Sic Gen. 37. Omnes fratres Ioseph ad inuicem dicebāt. Venite occidamus eum. fol. 242. col. 1. Et Leu. 5 Cum confissio fuerit id super quod. fol. 147. col. 1. Et Gen. 3. Dedit uiro. Vbi expende quod omnis malus sui malu vult habere consortem. fo. 29. c. 1. De hoc vide fer. 6. post Dominicā Pass. colegerunt.

Tentans eum. Docemur hic non affici malis, quoniā qualis tibi apparent finis, talia omnia videtur, quæ ad illū cōsequendū conducunt; Hic & mandatum maximum ad decipiens aptū iudicat. Sic. Gen. 3. Vidi mulier quod bona esset arbor ad uescendum. fo. 29. co. 1.

Tentans eum. Maximum malum est, contra Deum malitia peccare. Nullus enim deberet aduersus tam pium patrem studiose peccare. Leu. 4. Dicitur. Per errorem. Non per malitiam. fol. 343. col. 1.

Diliges Dominum Deum tuum. Vides legislatoris prudentiā. Solent collata beneficia hominē retinere, ne benefactorem offendat. Ideo Domin⁹ Exo. 20. Dicit. Ego Dominus Deus tuus qui

I N O L E A S T R V M.

qui te eduxi de terra Ægypti. Hæc duo præmit tens ante legem, vt populum inuitaret ad sui legis obseruatiā. fol. 248. col. 1. Vide literā. Et Gen. 39. Ioseph dicebat. Ecce Dominus nō cognovit mecum. Quomodo possum hoc malū facere: beneficia in me collata, manus ligauerunt meas; ne Dominum offendere possim. fol. 147. col. 2.

Dominum Deum tuum. Prius Dñm Deū, post tuum. Prius diligendus quia Deus, quia bonus, post quia tuus. Sic Leu. 3. Super holocaustum quod est super ligna. Prius munus illi quia debitū propter se offerridebet, post propter ea quæ ab eo accepimus. fol. 340. col. 2.

Dominum Deū tuum. Sunt Dñi & reges, qui sunt sui, & alij qui sunt cōsanguineorum, & suorum, & amicorum. Deus vero tuus est, nō su⁹. Sic Deu. 5. Ego sum Dñs Deus tuus. f. 507. c. 1.

Diliges Dñm Deum tuū ex toto corde tuo. Quod præcipuum est in te, petit a te Deus tuus. Nēpe cor, animā, & vires? Sūt multi qui omnia hęc, & se ipsos, diabolo dant. Bona vero externa Deo. Sic Deu. 6. Diliges Dominū Deum tuū. Et vide literam. fo. 571. col. 2. & fo. 574. col. 1.

Diliges D.D.t. Ex toto corde tuo. Quemadmodū te Deus vt rē preciosam protegit, custodit, & recōdit, ita vult te eū habere vt rē preciosam. Exo. 19. Eritis mihi peculiare aut preciosum quid. fol. 243. col. 2.

Ex to-

E L E N C H V S

Ex *toto corde.* Omnia insensata dant creato-
ri suo, quicquid ab eis postulauerit, & si a na-
tura nō habeant. Solus homo negat Deo suo,
quod ab eo petit; nempe amorem, & præcor-
dia sua. Num. 20. *Petra dabit aquam suam.* folio.
497. col. 2.

Diliges Dominum Deum & proximum tuū. Om-
nis præcepti finis, charitas. Faciliſſima ſunt
Dei præcepta, quia amore concluduntur. Vn-
de Deu. 30. *Mandatum quod ego præcipio tibi ho-*
dic, non est separatum. fol. 630. col. 1.

Diliges proximum tuū. Que nobis proximio-
ra, amabiliora. Exo. 2. Moyses arguens rixan-
tes Hebreos. Dixit impio. Ut quid percutis fra-
trem tuum? Argumentū a fraternitate ſumēs.
fol. 191. col. 1.

Dominica. 18. Math. 9.

ROgabant ut diſcederet. Ut non tempo-
ralia amittat, Deum a ſe ablegant. Sic
Gen. 26. Quia creuit in bonis Isaac di-
cunt illi. Abi a nobis, fol. 114. col. 2. Vide fer. 6.
Passio. venient romani.

Videns fidem illorum. Ecce quid fides, & fidu-
tia, & oratio bonorum pro peccatoribus
valeat, apud Deum. Num. 14. Dominus ad
Moysen. Pepercit ſecundum uerbum tuum. folio.
473. columnā 1. Vide Fer. 6. post Dominica.
ecce

I N O L E A S T R V M.

ecce quem amas. Et Dominica. 5. Post Epi-
pha. finite vtraque.

Confide fili. Certam ſalutem habet fidutia,
& Deum ſibi adiutorem. Gen. 15. Ego ſcutum
tuum. Vbi vides quid fides, & fidutia in Deū
valeat. fol. 82. col. 1.

Remittuntur tibi peccata tua. Et cōtinuo. Sur-
ge & ambula. Animam ſimul a peccato libe-
rat, & corpori ſanitatem restituit. Vnde Le-
uit. 25. Pro clamoribus libertatem. In die expiatio-
nis fiebat proclaimatio libertatis. Ut ostende-
ret, eadem die corpus ab humana ſeruitute li-
berari qua anima a peccatis libera efficieba-
tur. fol. 417. col. 1.

Remittuntur tibi pec. Vbi docemur nullum
eſſe peccati genus, quod nō poſſit ſua poten-
ti manu auferre. Exo. 34. Seruans mife. auferes
iniquitatem. fol. 322. col. 1.

Confide fili. Antequam a peccato extrahat,
& ſanitatem conferat, confidentiam poſtu-
lat. Absq; qua, nihil a Deo accipies. Exo. 12.
Antequam egrediatur de Ægipto, præcipit.
Tollat unusquisq; lāgnum per familiās. Ut ſic cer-
tam fidutiam liberationis concipient. folio.
220. col. 2.

Vade in domum tuam. Putant multi beneficijs
Dei ſe ſatisfacere, ſi eorum recordentur. Nō
hoc ſatis eſt, ſed oportet etiam venturos de
eis admonere. Etiam vicinos. Leu. 23. Ut ſciant
genet-

ELENCHVS

generationis uestra. fol. 410. col. 2. Narranda enim & prædicanda sunt beneficia Dei. Vnde Exo. 18. Narrauit Moseb socero, omnia que fecerat Dominus parhob. fol. 240. col. 1. Et Exo. 15. Tunc ecceinerunt. Non solum beneficij substantiam sed etiam eius circumstantias, sancti recolunt. Et currus Pharaonis. Vbi enumerat omnia peculiaria in beneficio præstata. fo. 230. co. 1. Et Lucæ. 8. Et Mar. 5. Dñs ad quēdam. Vade in domū tuam, atille cœpit prædicare apud suos quanta sibi fecisset Iesus.

Vade in domum tuam. Admonet eos qui suo labore viuere possunt non expectare alienos labores. Gen. 8. Egressus est, egrediendo. Scilicet coruus. fol. 59. col. 2.

Dominica. 19. Math. 21.

Nissit seruos. Et multos. Et multoties ad monitiones multiplicat Dñs ut resipiscamus Exo. 7. Vade ad Pharaonem. Et 8. Ingredere ad Pharaonem. Admonentur prædicatores & viri spirituales non semel admonere peccatorem, sed saepius. fol. 205. col. 1.

Emi uillam. Sunt multi qui tam ample viuere volunt, vt alijs non sit ad habitandum relictus locus. audiant Dominum præcientem Gen. 1. Congregentur aquæ, quæ sub cœlo

IN OLEASTRVM.

Ib sunt. Cedant aquæ suo loco, vt possit fruictificare terra. fol. 13. col. 1. Tibi vero non præcipitur tuum locum relinquere, sed alienum non occupare. Audi scripturam dicentem: Gen. 2. Fluuias egrediebatur de paradiſo. In de diuiditur in quatuor capita. Docet locus iste honorum nostrorum diuissionem esse faciem dam fol. 21. col. 2.

Emi uillam. Multi aliorum damno, villas eamunt. Et in substantia crescunt. At omnium odium hot, inse concitant. De Isaac & si, sanctissimo, vide quid dicat scripta: Gen. 26. Creuit per gendo. Et sic omnium inuidiam inse cōcitat, vt audiat. Abi a nobis. fol. 114. col. 2.

Emi uillam. Summa diligentia mundani curant dilatare terminos suos. Sed audiant illi Dominum. Exo. 23. Ponam terminum tuum amare Su, h. usque ad mare Ph. lxxim. Non dilatat multum terminum suorum; sed arctos; & quasi conclusos eos habere vult. folio: 267. column. 1. Et Num. 34. Erit uobis terminus meridionalis: Vbi vides, & experientia constat, quod Dominus regna, & prouincias altissimis mōtibus diuissit. fo. 546. column. 2. Et Deut. 32. Statuit terminos populis. folio. 640. column. 1.

Emi uillam. Caeue homo nescit hoc, cum proximi damno. Sicut de vinea Nabot, videmus, quā Acquisiuit Achab, illius mediante morte

E L E N C H V S.

audi Dominum præcipientem Deu. 19. Non tanges terminos proximi tui. Expende tanges. fo. 603. col. 1. Si populus Dei es, audi scripturam dicentem Deu. 32. Pars autem Domini populus eius. Si tu pars Domini, si ipse pars tua; & hæreditastua. Vt hac sola contentus sis. fol. 640. col. 1.

Emi uillam. Iuga boum. Habe me exc. Putat multi sibi de futurum cibum, si rebus Dei intendant. Exo. 16. In dic. 6. Parabunt. Ad festū vult parari cibum. Vt sciant non sibi defuturum cibum, ob festorum obseruantiam. folio. 233. col. 2.

Nolebant uenire. Docentur verbi Dei præcatores, non despondere animum, si non acceptent homines quæ de Deo ipsi loquuntur. Videat quid dicatur de ipso Moseh Exo. 6. Non audierunt Moseh. fol. 203. col. 2. Sed attendat quod sequitur, culpâ huius rei, ipse Moyses in caput suum reiicit. Et ego incircumcisus sum labijs. Ibi.

Missit alios. Vide Dei sufferentiam. Ideo Exo. 34. De eo dicitur. Tardus ad iram. fol. 322. col. 1. Et Ose. 11. Non faciam secundum iram furoris mei. De hoc vide fer. 6. post. 2. Dom.

Compelle intrare. Admonet locus iste, vt cū viderimus familiares nostros se perditum ire, inuitos etiam saluemus eos. Sic Gen. 8. Noe. Missit manū suam, & introduxit eā. folio. 2. Et

I N O L E A S T R V M.

Vt uideret discumbentes. Solent serui ad mesam ridere, & in composite se habere; ideo in trat vt videat. Sic, Dominus præcipit Deu. 14. Comes coram Domino Deo tuo. Et expende ad quid coram Domino comedere velit, & ipsos comedentes videre. Sequitur. Vt discas timere Dominum Deum tuum. fol. 91. col. 1. Et ibi. 16. Letaberis coram Deo tuo. Libenter nos videt Dominus latentes, sed coram se, sed modeste. fol. 596. col. 1. Et Exo. 23. Non conspicimini coram me uacui. fo. 266. col. 1.

Quomodo huic intrasti? Docentur hic. Qui apparere debent ante principem, parare se, multo magis qui Dei obtutibus sunt presentandi. Gen. 41. Totondit se Ioseph. fol. 152. col. 2.

Non habens uestem nuptialem. Non vult nos Dominus videre nisi tectos & sanctis vestibus. Sic Exo. 30. Tege illud auro. folio. 300. columna. 2. Et ibi. 28. Facies uestes sanctas Aaron. Non vult nos videre, neque sacerdotes; vestimentis proprijs, sed sanctis indutos. folio. 291. col. 1. Et expende quod sequitur. Facies uest. ad sanctificandum eum. fol. . col. 2. Et Len. 21. Non polluent nomen Dei sui. fol. 400. col. 2. Et vide Dominica. 7. In vestimen.

Dominica. 20. Ioan. 4.

E L E N C H V S

 **V**ius filius infirmabatur. Vides ad quid dantur a Deo flagella. Leu. 26. Si in his non audieritis me addam ut corrigamus septies. fol. 422. col. 1.

Cuius filius infirmabatur. Solet bonorum copia, homines insolefcere & Dei obliuionē in ducere, ideo illis Deus immittit flagella. Deu. 6. Cae tibi ne obliuiscaris D.D. tui. folio. 574. columna. 2. Et ibi. cap. 8. Saturaberis & benedices Deo tuo. fol. 579. columna. 1. Et c. 31. Comedet & saturabitur, & impinguabit se, & conueriet se ad Deos alienos. folio. 633. columna. 2.

Rogabat eum. Vide Dom. 4. rogauit Petru.

Nisi signa & prodigia. Difficile homines Deo fidunt. Securum reddiderat Dominus Moysen de populi credulitate c. 3. & tamen. cap. 4. addit. Ecce non credent mihi. folio. 197. columna 1. Ut videas hominis ingenium.

Filius meus. Infirmitatem Dominus immittit, ut salutem tribuat. Et sic beneficio hominē de vincat Gen. 2. Adū uero adiutorium non inueniebatur. fol. 22. col. 2.

Nisi signa. Vide. fer. 4. post pri. Dominicā. Signum videre.

Interrogabat qua hora. Admonet distinguere inter beneficia Dei, & quæ ab eo opere naturæ consequimur. Gen. 2. Iste sunt generationes cœli & terre. folio. 21. col. 2. Et Leu. 14. Dic osanna tollat duos agnos fol. 374. col. 1.

I N O L E A S T R V M.

Interrogauit qua hora. Vult Dominus nos laborare, ut sciamus a quo bona accipimus, ut grati simus, ignorare vero illos a quibus mala accipimus. Gen. 15. Scito sciens. fol. 83. col. 2.

Cognouit quia illa esset hora. Vult nos & cognoscere tempus & horam & etiam locū, quādo, & ubi, beneficia ab ipso accipimus. Sic Exo. 12. Inter duas uesperas, ut scilicet eadē hora, beneficium referas, qua & accepisti. folio. 220. col. 1. De loco. Gen. 28. Iacob. Vocauit nomen Bethel. Vult notemus locum, ut nos beneficiorū admoneat. fo. 119. col. 2. Et populus Isr. eadem hora comedit agnū, qua Dominus primogenitos Ægyptiorū occiderat. Ut temporis quo tantum beneficium receperunt recordentur. Vnde Dñs. Exo. 13. Præcipit. Memento diei huius. fol. 223. col. 1.

Et domus eius tota. Sequitur in plurimū minores maiores, & seniores. Gen. 19. viri sedon circuerunt circa domū, a puerō usq; ad senē. fo. 93. c. 2. Et Exo. 14. luxit currū suū & populū tulit secū. Sequitur populū regē etiā in malo. f. 226. c. 2.

Et domus eius tota. Nō dubiū quia eius sua fu. Ecce qualis cura Dñs esse debet, ut seruos suos ad fidem adducat. Vnde præcipit Dñs Exo. 12. Omnem seruum argento emptum circumcises. f. 221. c. 1. Et Gen. 7. Ingrederetur & omnis dominus tuus in arca. Aduerte qualiter propter vnu Noe, tota eius domus salua fiat. fol. 53. colu. 1.

ELENCUS

de hoc vide Dominica.5.post Epiph. Sinite
vtraque. Et fer.6.post.4.Dom.quadr. Ecce
quā amas. Et c.18.Festinavit Abrāhā. fo.90.c.2.

Dominica.21. Math.18.

 Vm seruis suis. Servos suos vocat, vt
cos iure dominij sibi deuinctos ha-
beat. Exo.6. Audiui clamorem eorum, &
recordatus. fol.203.col.1.

Redde quod debes. Vbi vides cunctis licere sua
repitere. Vnde Gen.1. Dominus ad homi-
nem ait. Subiicie eam. fol.13.col.2.

Procidens. Expende quantum pro sit opus bo-
num adueniam. De quo diximus Dominica.
10. Deus propitius esto.

Procidens rogabat. Dñm cōtra se iratū vidit,
& solū humilitatē ostēdit. Cū aliquē iratū vi-
deris, non illi dicas eū sine causa iratū, sed hu-
miliatū ostēde, & sic f. cillime illū placabis.
Sic Exo.32. Moyses hac vſus prudētia ad Do-
minus dicit. Obsecro peccauit populus iste pecca-
tum grande. f.312.c.1. Sic Iacob cū Esau. Gē.32.

Paciētiā habe in me. Hoc interest inter bono-
& malos. Quod boni ita mala faciūt, aut face-
re proponūt. vt facile ab instituto recedant
Malivero, bona ita faciūt, aut facere pro-
ponūt; vt facile ab eis defistāt. Sic Gen.21. Isaac
Ego turabo. f.99.c.1. Et Exo.9. Orate Dñm ut nō
sint tonitrua & dimittā uos, fol.210.col.2.

Reuīsa

IN OLEASTRVM.

Remiſſit. Non debet principes, diu iram ad-
uersus suos tenere; sed facile condonare. Sic
Pharao Gen.40. Reddire fecit principē pincer-
narum. fol.149.co.2. Et Leu.16. Ad expiandos. fo.
381.col.1.

Egressus seruus ille. Cum primum Deus ho-
minem deserit, statim adnoxia perducitur.
Gen.36. Elau. Accepit uxores de filiabus Chenahā.
fol.138.co.1. Sic. Ge.4. Egressus Cayna facie. Dñi:
Multā mala perpetrauit de quo Iosephus la-
teagit. Vide histo Schola, ibi in loco Gen.

Inuenit unum de conseruis. Domini eiusdem
seruus, et pessimi serui conseruus eiusdem
seruus, a quo ipse remissionem acceperat in
cuius læsione Domino ipso iniuriam irroga-
bat Exo.22. Si pecuniam mutuaberis populo meo
pauperi. Vtputes ab ipsomet Deo potius vſu
ram exigere. fol.239. col.1. Audi virum iusta
cor Domini dicentem ad Salomonem.3. Reg.
2. Nostri quid fecerit mihi Ioab. Aliorū iniuriā
propriam facit optimi principis est conditio.

Inuenit conseruum. Et si omni tempore de-
bet seruus Dei, vitia quantum potest vitare
tunc maxime cū sibi occasio offertur peccā-
di. Num.25. Cœpit populus fornicare. folio 522.co
lumna.2.

Suffocabat. Melior est Deus iratus dicūt san-
cti. Quam homo propitius & etiam quā An-
gelus, vides Dominum iratum tam facile, tan-

E L E N C H V S

tum debitum condonare, & vides hominem in conseruum tam crudelēm propter nullius momenti debitum. Exo. 23. Quia nō parcer prævaricationi uerstra. fol. 266. col. 2.

Sufficabat dicens reddē quoddū. Multoties aliqui putantes in alios sanguire, inse ipsos sanguinū et est optima consideratio, eum qui sanguine in aliquem vult, considerare an sibi quicquā malū faciat. Gen. 31. Filie filie mea sunt. fol. 127. col. 2. Et Gen. 37. Quæ utilitas si occiderimus fratrem nostrum. fol. 142. col. 2. Et 38. Cognouit omnia non ei fore semem. Expende quæ mala sibi homines faciant, ne alijs bona facere contingat. fol. 145. col. 2. pessimorum est hæc conditio.

Redde quod debes. Cauenda est memoria in di gentiæ rei alienæ quam possidebas. Hinc proximum male tractamus, debitores vestros repetitis ait Elai. Exo. 14. Reuersum est cor Regis ad populum. Quid hoc facimus? fol. 226. col. 2.

Sufficabat redde quod. Non esse relinquendā poenā peccati impartis arbitrio, docemur hic; quoniam cœcus est homo in estimatione sue causæ. Sic. Exo. 21. Dabit sicut imposuerit ei maritus mulieris. fol. 253. col. 1. Et Gen. 4. Quia septē plūciter uindicabitur Cayn. Vbi doceatur nō esse omnium, punire malefactores. fol. 39. col. 2.

Procidens rogabat. Cum eum etiā qui te graviter læserit, antete deictum videris non recordaris malorum quæ ipse tibi fecerit; sed be neficij

I N O L E A S T R V M⁷

neficij diuini, quo cum corā te humiliauerit, Sic fecit Ioseph. Gen. 42. Recordatus est Ioseph soniorum. Non venditionis. fol. 155. col. 1.

Narrauerunt Domino suo. Non sunt mala quæ vides vicinis aut amicis denuntianda, sed solum his qui ea possunt emendare. Sic Gen. 37 Ioseph. Retulit famam eorum malam ad patrem. fol. 141. col. 2. Vide Do. 8. Supra, quid audie-

Narrauerunt Domino suo. Hic locus docet hominem teneri indicare peccata alterius, ad bonum ipsius, cum ipse illud expiare neglexerit; Leu. 5. Homo cum peccauerit, & audierit vocem iuramenti. fol. 346. col. 2.

Serue nequam. Cur nunc nequam vocat, & nō quando disfamatus? quando non habebat unde redderet? mirabilis est Deus in arcēdo nos a proximi iniuria, cum proximum lædit, nequam vocat, & non, cum ipsum Deum offendit. Cum Adam Deum tam gravioriter offendit, ad illum dicit; maledicta terra propter te. Ge. 3. Et c. 4. Peccauit Cayn contra fratrem, & auditā Domino, non maledicta terra. Sed maledictus eris tu ipse. Super terram. Tanta enim est homicidij & proximi iniuriæ vis, ut terra talē nolit super se sustinere. fol. 38. col. 2. Et etiam peccat dæmon contra Deū, & nihil illi dicitur. & non illi maledictio infertur in Scriptura. Sed cum peccat cōtra hominē, ipsum. Sed pecatum inducendo, a dño audit. Maledictus eris fol.

E L E N C H V S

fol. 29. co. 2. Quoniā & si Deum offendas, nec etiam eius vestimenti pullum tangis. Qui vero proximum lēdit, tangit pupillam oculi domini. Vnde Num. 22. Dicitur. Propter quid percusisti asinam tuam? fol. 509. col. 1.

Serue nequam. Nonne ante hac nequā erat iste? indubie sed multiplicatis peccatis amplius detegitur eius duritia. Sic Exo. 32. Vidi populum hunc, & ecce populus dura ceruicis. fol. 311 column. 1.

Nonne ergo oportuit commisse. Quod summe ius malitiam amplificat est, quod ex se, nō dicit alterius miseriæ misereri, dicitur enim Prob. 19. Homo indigens misericors est. Optima enim solet esse pietatis magistra, experta indigētia. Vnde Exo. 22. Dicitur. Peregrino nō inferes uim. Quoniam peregrini fuistis. folio. 259. column. 1.

Nonne oportuit? Hic locus debita egenis remittere docet. Sic docetur Deu. 15. A fine septē annorum facies remissionem. fol. 593. col. 1.

Quoniam rogasti me. Docentur hic qui alios puniunt præces eorum audire, vt postea ipsi audiantur, si clamare contigerit. Sic dicebant illi Gen. 42. Dum depræcarietur super nos. fol. 155. column. 2.

Mittite eum. Etsi omnium virtutū defectus malus sit, pessimum tamen est defectus operum charitatis, & misericordiæ in proximos, quem

I N O L E A S T R V M.

quem punire in autorem licere locus iste in finiat. Sic Deu. 15. Non quærē pacem eorum & bonum eorum. fol. 613. col. 2.

Vt reddat usque. Docet locus iste non esse iteranda peccata, quoniam nouis, vetera in memoriam reducuntur. Sic. Gen. 27. Dicit Esau. Supplantauit me duabus uicibus. fol. 117. column. 2.

Vt reddat usque ad ul. Cauenda est valde peccatorum iteratio. Gen. 38. Non addidit cognoscere eam. fol. 146. col. 1.

Vt reddat usque adul. Æquisima lex, vt quin substantia peccat proximi, in substantia puniatur. Exo. 22. Si furatus fuerit quispiam bouem. fol. 258. col. 2. Abdiæ. Sicut fecisti fiet tibi vide 2. Mac. 5. De Iason, & 1. Reg. 15. de Agag.

Vt reddat usque ad. Cauendum est ne iustitiā amittas, Vt sic, ne quæ præterita sunt perdas. Num. 6. Et si mortuus fuerit iuxta eum, mox fortuito. fol. 444. col. 1.

Vt reddat usque ad ul. Forsan iterum prostratus rogabat. Multoties non suscipit Dominus peccatorum pñnitentiam ad bona tempora lia prestanda. Vide locum. Sic, Num. 14 Luxerunt ualde. fol. 473. col. 2.

Vt reddat usque ad ul. Caeant semel atque iterum admoniti iterare peccata, quoniam & si s̄p̄ius condonet & multa; tandem castigabit. Num. 14. Omnes uiri qui uiderunt glor. folio.

Ibidem

E L E N C H V S

Ibidem. 473. col. 1.

Si non dimisseritis. Ostendit locus iste nō esse omnium punire malefactores , maxime nos lædentes ; dicente Domino mihi vindictam Gen. 4. Quia septē pli citer vindicabitur de Cain. fol. 39. col. 2.

Si non dimisseritis. Pulchre locus iste docet; ne minimi licere priuata authoritate, vltionem ab inimico sumere. Leu. 10. Non ulciscari te. fol. 393. col. 2. Vide ecclesi. 28.

Si non dimisseritis. Usque scilicet septuagies voluit Dominus ad viū depingere quoties sumus penas daturi; si non perfecte proximo iniuriam remittimus. Quod certe ad umbratur in illo. Num. 19. Sparget desanguine eius contra faciem tab. Septem uibus. fol. 493 column. 1. Si enim Dominus bona opera remunerat ad mille generationes, cur peccata non puniuntur ad septem?

Domini. 22. Math. 22.

 *Vnde abeuntes consilium inierunt. Pertinaces sunt valde impij innocendi, nō que cessant etiam si res non ut sperabant succedat; sed mille modos querunt; mirabiles artes inveniunt ad nocendum. Sic ille Balac ad Balaam. Num. 23. Veni obsecro mecum in aliū locum. fol. 514. col. 1. Et ibi insive. Si forte placeat in occūsiōne Dei ut maledicas. Vbi vides velle*

I N O L E A S T R V M.

Velle impios ad versus iustos, vires suas expiri. col. 2. Sic Eccle. 20. Est processio in malis viro indisciplinato.

Consilium inierunt. Querunt peccatores magna studio occasiones ad malefaciendū. Exo. 5. Non adjicetis dare paleam populo. fol. 200. col. 2.

Vt caperent eum in sermone. Nulla esse determinata peccata quā quē ex astutia, & malitia sūt, locus hic ostendere videtur. Et hoc summe dēmon a principio voluit, hominem malitia peccare, vt minus dignus venia sit. Sic Gen. 3. Dicebat ad mulierē. Sic it deus quod indie qua cōmederitis aperientur oculi. fol. 28. col. 2.

Vt caperent eum. Et capiuntur ipsis, multa sibi promittūt mali, aduersus bonos, quæ illis nō cedunt ad vota; qui potius ipsis in malū cōuertuntur. Sic Exo. 15. Dixit inimicus persequar. fol. 230. col. 2. Sic Iob. 5. Qui dissipat cogitationes malignorum, nepossint implere manus eorum quod cœperant, qui apprehendit sapientes in astutia.

Cum herodianis. Hoc malum usque hodie grāssatur in orbe, vt omnis malus velit habere confortem, & multoties, quod deterius est etiam amicos. Sic Gen. 3. Mulier. Dedit uiro suo fol. 29. col. 1.

Cum herodianis. Hoc audiant ministri iustitiae qui sua sponte ad malum faciendum curvant, qui non sua sponte homines astigere debent.

E L E N C H V S

berent, sed solum quia parere opus est iudici. Gen. 8. Clauerunt se fontes abiſsi. Quasi inuiti. fol. 59. col. 2.

Cum Herodianis. Facillime cōiunguntur homines ad malum. Sic Gen. 11. Edificemus ciuitatem. fol. 71. col. 2. Sic Iob. 41. Scama scamæ iūta est. Vide ibi Grego.

Cum Herodianis. Audaces sunt canes aulici ad aliena rapienda. Gen. 21. Increpauit eum propter puteum, quem rapuerant serui eius. fol. 99. col. 2. Et cap. 19. Quasi inuiti. I. gressi sunt Sodomæ. Inuitos enim Loth introduxit in domum suam.

Cum Herodianis. Congregantur ut multitudo ne vinctant de quo diximus fer. 6. Domi. Pas. collegerunt. Et Domini. 17. Conuenerunt.

Cum Herodianis. Talis est peccatorum cōdītio, qui tim eant proprio gladio, non alieno percutere. Sic Gen. 37. Non effundamus sanguinē fol. 142. col. 2.

Cum Herodianis. Ut scilicet traderent potestati. Ut dicitur Luc. 20. Volunt enim impij, mala alienis manibus facere. Sic Exo. 1. Dixit Rex obſetricibus. fol. 189. col. 1.

Cum Herodianis. Sicut artifices quotidie noua excogitant. Sic sunt & qui noua continuo excogitent in operibus impietatis, vnde noua & quasi inex cogitata vitia in mundo cresce re videmus. Sic, Gen. 6. Omne figmentum cogita tionis

I N O L E A S T R . V M .

tionis cordis eorum. fol. 48. co. 2. De quo vide. fe: 6. passionis. V os nescitis.

Magister scimus: Duo sunt quæ maxime so- lēt hominem flectere ad omnia quæ velis, sci- licet munera, & laudes. Sic Iacob. Fecit cum fratre Esau Gen. 33. Ne queso, sed si inueni gra- tiam. fol. 132. col. 1.

Viam Dei in ueritate doces, & non respicis perso: Duo sunt principum munera scilicet leges ex planare, & ius suum vnicuique tribuere. Sic Exo. 18. Dicebant Moyses. Iudico inter utrumq; & notifico statuta Dei. fol. 241. col. 1.

Non respicis personas hominum. Plus dicunt quam volunt, ut hominem in sermone vōlūt capere. At clarissimē verbis Deum consitēti tur. De quo Deu. 10. Deus uester Deus eorum. Qui non accipit personam neque munus. fol. 382. column. 2.

Quid me tentatis hypocrite? Non pūtēt homo in domo Dei posse iniale conuersari, & occul: tari, siue enim die, siue noctu impie egeris; ab eo videris. Ideo volebat Dominus corā se, cā delabrum habere. Exo. 25. Pones super mensam panem facierūm. fol. 278. col. 1.

Quid me tentatis hypo. Ad solos Pharisæos verba dirigit, quia ipsi huius rei auctōres exti- terunt, qui enim primus fuetit in culpa, pri- mus erit in pāna. Exo. 8. Venit omne serarū ge- nus in domum Pharaonis. fol. 27. col. 2. Et Gen. 3.

E L E N C H V S

Dixit Dominus ad serpentem. Qui prior suit causa peccati prius dei penas. fol. 29. col. 2.

Quid me tentatis hypoc. Et si malum sit omni in loco peccare, pessimum tamē est in oculis Dei, ante tantam munditiam immundum esse. Gen. 6. Corrupta est terra corā Dño. f. 49. c. 1

Quid me tēt. ostendite mihi numisma cūsus. Quasi ipsos irridens dignus est qui rideatur peccator eo qđ nō sit affsecutus quod voluit. Gen. 3. Ecce Adam fermi unus ex nobis. fol. 30. col. 2.

Licet eēsum dari Cesari. In rebus dubijs, & at duis consulendum est dominus. Num. 22. Respō debō uobis quēadmodū loquetur dñs ad me. f. 50. 8. c. 1

Reddite quē sunt Cesari. Vtinam homines tū liberales essent ad virtutem, quantum sunt ad vanitatē. Sed proh dolor liberalissimos videbis in vita, tenacissimos vero ad virtutē. Sic Exo. 32. Et separauerunt se eamnis populus ab in auri bus aureis. fol. 310. col. 1. Et Lev. 14. Si pauper fuerit accipiet agnum. Sunt enim multi qui solum erga Deum paupertatem ostendunt, qui diuites sunt ad ludū & vanitatē. fol. 374. col. 1. Ille diuīes Luc. 16. Induebatur bisō, epulabatur splendide & quotidie, & ad Lazarum subleuā dū, pauper erat. Sicut ille Nabal. 1. Reg. 25. Et ga David. Vide locum. Omnia cēsari tribuūt & vanitati, Deo autem nihil, vel parū de quo vide sanctissimū Cipri. serm. de elemosina, optime vt solet loquentem. Et Exo. 30. Diues

non

I N O L E A S T R V M.

non augabit nēq; pauper minuet. Nullus paupertatem alleget, erga illa quā Dei sunt. fol. 301 col. 1. Et Deu. 18. Non innuenietur in te qui transfrēciat filium suum per ignem. Expende hōminū dementiā, filios dāt diabolo; & nec vnu obolum volūt dare Deo. f. 600. col. 2. Illic Exo. 32. Denudatus est populus ut daret diabolo. fol. 311. col. 2. Vide in fe. puri. partur.

Et quē sunt Dei Deo. Omnia etiam inseruēt a dant Deo suo, Et creatori, quicquid ab eis postulauerit, enīam si id sua natura nō habeat; solus homo negat Deo suo quod ab eo petiti. Num. 20. Petra Dabit aquam suam. fol. 497. col. 2.

Reddite quē sunt Ces. Quē d. Expedāt ex hoc loco, principes, & prælati, quales exactores esse debeat in populos sibi commissos. Ut non auferant scilicet sed exp̄estent ut ipsi redant. Exo. 25. Loquere ad filios Iſa. Accipient mihi elevationem. fol. 277. col. 2.

Reddite quē sunt Ces. Docētur hic maiores, quantum in illis est curare, ne populus bona sua & temporales diuitias prodigat. Exo. 33. Vidi Moses populu quod esset detestus. fol. 311. column. 2

Quē sunt Dei Deo. Sicut multi solent esse liberales in malo, sic etiam multi sunt in bono. Exo. 36. Ipsa attulerunt ad eum adhuc spontanea singulis diebus. folio. 327. column. 2. Vide quē sequuntur;

Q. 2

Quē

E L E N C H V S

Que sunt Dei Deo. Auari sunt homines in reddendo quæ Deo debent. Num. 7. Plaustrum a duobus principibus. fol. 447. col. 2. vbi nota. Ne minorem excelsis Naason. Vbi ostendit quam liberales debent in hoc esse qui alijs exēm plū bonū dare coguntur. Oblatio eius scutela ibi.

Dominica. 23. Math. 19.

Sequenda: ur eum. Sancti viri non solum sancti sunt; sed urbanitatem norunt. Gen. 18. Abraham ibat cum eis. fol. 91. c. 1.

Ecce princeps; & mulier accedens. Ad veram salutem accurrit agrotat pueri currit hodie ad carmina matrem. Num. 22. Vii. Et Balde. f. 5c 8. c. 1.

Duodecim iuniorum. Prius medicos consuluit post Deum ad ipsos; & credidit & oculi faciēdām quod in nobis est ipsos ad præcessere currendum. Sic fecit Iacob Gen. 32. Utus patris mei Abraham. fol. 130. Et 43. Idem fecit prius iubet. Munera de forte nito. Post Deus omnipotens dedit nobis. f. 157. c. 2.

Et te iuit m̄pū. corā patētibus vt dicit Mar. 5. Et mulier sanata coram omni multitudine. Ob nos trām ingratitudinem suorum munerum. Deus testes adhibet. Exo. 17. Tolle tecum e senioribus Isr. fol. 237. col. 2.

Puella parentū peccata in causa sunt, vt filii prius moriantur Gen. 11. Dicitur. Mortuus est Arā super faciem Thare patrem suum. fol. 71. co. 1. Tradit beatus Epiphanius vt notat glosa græ

ca

I N O L E A S T R V M.

Ca. Prim⁹ Thare idola excogitauit, a figulina scientia, quare ante illum nullus filiorum priusquam pater diem suum obiit Abel enim a fratre violenter est occissus.

Deridebant eum scientes esse mortuā. Vult Dominus ostendere opera sua esse miraculosa, ita vt nemo ea inficias ire possit. Gen. 11. Fuit Sarai sterilis. fol. 72. col. 1. Et Gen. 2. Tulit Deus hominem & posui in paradiſo. Non ibi creatus veniat Dei beneficium non naturæ de hoc vide Domi. 20. Retro;

Dominica. 24. Math. 24.

Cum uideritis abomina. Colligitur ex hoc loco, punitiones peccatorū publicas esse debere, & faciēdas in oculis eorū, coram quibus illi peccauerunt, viderant mortem Christi iusti, videbunt etiam tanti malitiae punitionem. Sic Leu. 20. Succidentur in oculis filiorum populi sui fol. 397. col. 1.

Cum uideritis abominationem. Reuelat Dominus suis mala ventura, vt orent, & quoad possuerint prohibeant. Gen. 18. Nunquid celo ego? fol. 91. col. 1.

Cū uideritis abo fugite. Prædicti pœnā, vt caueat a peccato. Sic Ge. 26. Abimelec. Venire fecisset super nos delitū. fol. 114. co. 2. Et 41. Prædicti futuram famem Ægypti, vi sibi prouideant.

Q 3

Parhob

E L E N C H V S

*Parohom somniauit. fol 152. col. 2. Et Exo. 7. Aaron
frater tuus erit Prophetā tuus. Nō solet Dominus
aliquē punire nisi prius per Prophetā admo-
neat, vt sibi caueat. fol. 203. col. 2. Et Exo. 9. Cō-
grega iumenta. fol. 210. col. 2. Et Exo. 4. Ecce ega-
occido filium tuum. fol. 198. col. 1. Et Gen. 6. Non
litigabit spiritus meus. fol 48. col. 1.*

*Cum uideritis abominationem fugite. Nouit Do-
minus bonos auferre prius, cum mala mundo
est illatus. Gen. 15. Tu uades ad patres tuos. fol.
83. col. 1.*

*Cum uideritis abom. Docentur parentes do-
cere filios custodire viam Domini , præ-
dicendo vindictam eius . Ob hoc Domi-
nus Abraham reuelat incendium Sodomorum
Gen. 18. Proprieta quod præcipiet filiis fo. 89. co. 1*

*Statem in loco sancto. Punit Dominus in ijs
peccatorē quæ magis diligit. Vide supra Do-
minica 9. Non relinquetur. Et Deu. 28. Vxoz
rem despontabis. fol. 626. col. 2.*

*Qui legit intelligat. Vult hæc Dominus literis
mandare ut ipse Deus memoretur vindictæ
faciendæ. Expende qualiter pius pater, se præ-
ferat in nostra punitione obliuiosum, ut li-
bro & scriptura sit opus ad memorandum. Sic
Exo. 17. Ad Mosech. Scribe hoc memoriale in li-
bro. fol. 237. col. 1.*

*Qui in Iudea sunt fug. Docet Dominus iustos
media per quæ saluentur. Gen. 6. Fac tibi arcā.
fol.*

I N O L E A S T R V M.

*fol. 49. col. 2. Etiā iniustos docet, vnde Exo.
7. Fuerunt Ægypti percircum fluminis aquam.
fol. 206. col. 1. Et gen. 7. Ex omni iumento mando.
Docemur Deum velle iustos conseruari ma-
los vero & eorum semen deleri. fol. 53. col. 2.
Et Exo. 9. Nunc mitte congrega pecus tuū. fol. 210.
col. 2. Expende tuum. Iustos & sua vult om-
nino conseruari. Et Gen. 19. Angeli ad Loth in
monte saluum te fac. Et Exo. 9. Triticum , & zea
nō sunt percusa. Relinquere solet Dominus pi^o
misericordia qua homines liberentur. f. 211. c. 1*

*Qui in Iudea sunt fug. Vide quā periculoso
sit bonis inter malos viuere, aut possessionem
habere. Gen. 19. Generum, & filios. fol. 94. co. 1.*

*Ne descendat tollere. Periculosum est se malis
in miscere, cum Dñs eorum peccata castigare
vult. Exo. 12. Vos non egredi emini. fol. 221. co. 1.*

*Erit tunc tribulatio magna surgent pseudo pro. fol
olscurabitur. Solet Dominus a facilioribus inci-
pere, & in processu flagella grauare, quo vsq;
personam deleaf. Deu. 28. Donec delearis & pe-
reas. fol. 626. col. 1. Et Exo. 7. Vertetur ad draconem
Adracone incipit, ut regem magis deterreret
& non esset opus alia signa adiungere. fo. 205
col. 2. Et ibi. vertetur in sanguinem. Vide de
hoc Domi. 9. Post. Penth. circundabunt te.*

*Erit tunc tribulatio magna. In quas angustias,
& miseras descendat homo cui Deus iratus
est, pulchre docetur hic. Et late Deu. 28. Come*

E L E N C H V S

des fructum ventris tui. Si gaudebit super vos per-
dendo vos. folio. 626. col. 2. Et quod sequitur.
Quæreste vendere inimicis tuis. Et Ibi. c. 31.
Erit in consumatione. Audis quæ mala sequâtur
illu aquo Deus recedit. fo. 633. co. 1. Et Ibi. c. 32
Et ardebit usque ad inferni nouissima. Ut videoas
quæ terribile sit illum offendere, qui summe
diligit, aut dilexit. fol. 640. col. 2. Non enim
tam saue inimicos punit quam amicos.

Qualis non fuit. Et si omni tempore punitio
timenda sit, maxime tamen cum homo in tri-
bulatione est, ne afflictio afflictio addatur Deu.
32. Mea est ultio, & retributio in tempore quo nutatii
pes eorum. fol. 641. col. 1.

Erit tunc tribulatio magna. Sumebat Prophe-
tæ, ex quibusunque rebus prophetandi occa-
sione. Sicut Heliseus ex olio. Helias ex hy-
droia farinæ. Christus hic ex viso templo. Sic
Iaac ex odore vestimentorum. Gen. 27. Odora-
tus est odorem uestimentorum, fol. 117. col. 2.

Erit tunc tribulatio mag. Sol obscurabitur. Mu-
tuplicantur flagella. impio incorrecto. De quo
vide Domi. 9. circundabunt. Cauendū valde
est ne hostem deum habeamus. Leu. 26. Vos di-
spersam in gentes. fol. 422. col. 1. Vide primam
Dominicam Aduentus.

ad leges et iustitiae compunctione inducuntur
et iniqui et in obnoxia iustitiae. Sed hinc
etiam propter suum vellet utrumque fieri. q. si
etiam

IN OLEASTRVM.

DE S A N C T O - R U M F E S T I V I T A T I bus. Et de Euangelijs quæ eorum festiuitatibus accom- modantur.

De sancto Andrea Apostolo. Mat. 4.

I D. I. T. Simonem & Andréa
mittentes retia. Vbi expen-
dendum est quos eligat ad
tam excellens ministerium.
Vt ostendat se. ex ineptis
natura, aptissimos ad om-
nia quæ voluerit facere. Sic Exo. 4. Dicit
Moyles ad Dominum. Quis sum ut uadam ad
paroh? fol. 197. col. 2.

Vidit Simonem, & Andr. Tales elitit Deus,
vt non sibi fidant, sed solum Deo. Sexcenta
millia hominum, inimicos timabant. Exo. 14.
Timuerunt ualde filij Isr. Sed Deus illos intre-
pidos esse vult. State & videte. folio. 226.
columna 2.

Mittentes retia in mari. Quales ex nobis si-
mus, & quale munus nostrum, antequam nos
Deus sibi deligat, describit locus iste. Sic d
Q s ping

E L E N C H V S.

pingitur Deu.32. Inuenit euna in terra deserti. fol. 640. col. 1.

Venite post me. Qui Deo seruire, & se immolare volunt, ut & mundum relinquant, & Deum sequantur, docet locus iste. Non enim in quo cunque loco est Deo seruendum. Nec potest homo. Sic Exo.5. Deus Hebreorū occurrit nobis. fol. 200. col. 2.

Piscatores. Ad tantum munus, homines laboribus induratos, & assuetos eligit. Sic David e pastorio ad regnum vocavit & Exo.3. Et Moseh pascet pccata Iethro. fo. 194. Et Gen. 47. Constitues eos principes. Vbi vides robustos debere principes constitui. folio. 165. column. 1. Et Exo. 18. Iethroad Moseh. Considera ex omni populo viros fortes. Non vult Dominus debiles, nec delicatos ad ministerium suum assumi. folio. 241. col. 1. Vnde Eze. 24. Vt passoribus Isr. Qui pascabant semetiplos. Qui solum incuranda cete laborant.

Piscatores. Ecce quos eligit Deus ad negotia sua. Exo. 3. Nunc ueni mittam te ad Parhob. fol. 194. col. 2.

Faciam uos fieri piscatores. Hinc discant prælati, suauiter & cum prudentia hominum mores corrigere. Sunt qui volunt in puncto omnia emendari. Sciebat Dominus non facile hos ab arte piscatoria posse auelli ideo dicit faci uos. Sic Leu. 17. Illis sacrificia concedit quos sciebat,

I N O L E A S T R V M.

Sciebat sacrificijs, & Deorum culturæ dedi eos. Non sacrificabunt sacrificia sua pilosis. folio. 38. column. 2. Et Exo. 23. Non efficiam e facie tua uno anno. folio. 266. column. 2. Et Deut. 7. Expellet Dominus Deus tuus gentes paulatim folio. 577. column. 1. Et Ibi in loco Leu. 17. Quicquid homo ex Isr. mactauerit bouem.

Vocavit Petrum & Andream. Illos scilicet nomine proprio nominando, magni fit apud Principes, si seruum nomine nouerint. Sic Exo. 31. Vide uocavit ex nomine Betfalet. folio. 303. col. 2.

Piscatores hominum. Dominus se illos fameturum hominum piscatores promittit, ut discas, Dominum nihil humani in suo vel le opificio. Licet enim, homines elegerit non tamen alios, quam quos ex nomine nouerat, & quibus artem infuderit. Ibi in loco Exo. 31.

Piscatores hominum? Sicut graue malum est aliquem in peccatum impellere, ita honorificum, & magni meriti apud Deum hominem a peccato extrahere. Gen. 3. Serpens errare fecit me. fol. 29. col. 2.

Faciam uos fieri. Vbi prælati docentur. Multa imperfectoris esse permittenda, ne omnino a bono discedant, maxime a fide. Sic Deu. 12. Sed locum quem elegerit Dominus Deus noster. fol. 586. col. 2.

E L E N C H V S

Faciām ius fieri pīsc. Prudentis prēlati est, vt suos ad bonum trahat, & vnumquemq; alliceret eo cui magis afficitur, modo bonum sit. Sic Num. 10. Fueristi nobis pro oculis. folio. 453. col. 2.

Fieri pīscatores hom. Quando homines ad ardua venire nolunt ad amena Deus prouocat. Deu. 32. Ut Aquila quæ excitauit nidum. folio. 640. col. 2.

At illi continuo. Horum diligentiam commendat. Vt in amicis festinasset boni ad bonum, quomodo festinant mali ad malum ut patet Exo. 32. Surrexerunt in crastinum, obtulerunt holocausta. fol. 310. c. 2. Vide in die innoc. De nocte consu.

At illi continuo. Nihil cūctantur, nihil respōdent, nullam difficultatem obiectant, sed omnibus relictis, & omnibus amicis & consanguineis in consultis, Dominū sequuntur. Unde Paulus, continuo non acquieui carni & sanguini. Et Gen. 12. Vade tibi e terra tua. Et. Filius. 75. annorum erat cum egrederetur. Non est senium causatus dum senex vagare præcipitur. folio. 74. col. 1. & 2. Sed Gen. 31. Audit Iacob a Deo ut ipse dicit. Reuertere ad terram tuam. Et tamen consulit vxores. At huius ratio impromptu est. Nouerat enim prudens homo, ex arbitrio vxorum maxime, redditū in patriā pendere. folio. 127. col. 1.

I N O L E A S T R V M.

Secuti sunt eum. Hinc nosse licebit unde originatur hominis perfectio, nempe ex Domini sequela, eius scilicet voluntati adhærendo. Siē Gen. 6. Cum Deo ambulauit. folio. 49. columnā. 1.

D e C o n c e p t i o n e Sā

*ctissime Virginis. Vide in eius
Natiuitate.*

D e s a n c t o T h o m a A p o s t o l o. I o h a n . 2 0.

A N V I S C l a u s i s. *Tanquam clausis*
*Deus nostram salutem operatur,*
abfq; eo scilicet q; ho mō viam sci
re possit. Peccat Petrus, cōtinuo
illum respicit Dominus. Peccat Thomas, ex
pende, quid Dominus fecerit, vt ad fidē cō-
uertat. Prædicatores dat qui per octo dies cō-
tinuos illi dicat quia surrexit Dominus. Post
illi apparet, & dicit infer dig. peccat Iudas, &
cōdemnatur. Quis scit cur hunc, & non illū
saluet? Miserebor cui miserebor? Sortes hoc
vocat scriptura, Paulus vocavit nos in partes
fortis Sanctorum. Sic Leu. 16. Dabit super am-
bos hircos fortis. Quorum unus immolabatur,
al-

E L E N C H V S

ter ad feras mittebatur. fol. 380. columna. i.

Thomass non erat cum eis. Homini multum prodesse nouimas, esse in fidelium consor-tio. Et multum obesse ab eis recedere. Ve-patet Genes. 38. Descendit Iehudah a fratribus suis. Sic alienigenam in vxorem duxit; folio. 145. columna. i. Et etiam ideo cum Tha-mar peccauit.

Pax nobis. Et continuo. Infer digitum. Non dure neque aspere recipiendi sunt, qui pec-cata facile cognoscunt, & satisfacere volunt. Sic Genes. 43. & cōnōmus Joseph ad fras-trēs. Pax nobis. fol. 158. col. 1.

Post dies oīlo. Expende Dēi summam benignitatem, qui ob peccatum non retinuit beneficium. Sicut etiam patet in Petro, cui post peccatum dicit pasce oves meas. Sic Exo. 32. Descendit & duæ tabulae in manu eius. fol. 311. c. 1. Vide in festo S. Iohannis sequere.

Inter digitum. Loco vindictæ. Tam benigne alloquitur, & suauissimis verbis peccatorem allicit, vt ad spem venia erigat Exo. 33. Vade ascendite hinc tu & populus ad terram.. Nunquam enim legimus sic Deum festinasse, & vrgisse Iudeos ad terram promissam sicut nunc post peccatum. Ut intelligamus peccatores s̄apius ad maiora dona, quā ante peccatum habuerint resurgere. fol. 315. col. 2. Vide in festo S. Iohannis sequere.

I N O L E A S T R U M:

Infer digitū tuum. Sunt qui non possunt, vel
ve possunt subditorū peccata ferre. Qui cer-te prælatura deberent deponere. Sic Exo. Ibi. Nō ascendam in medio tui, ne forte consumā te;

Infer digitum. Admonētur principes, signa amoris ostēdere his, qui aliquādo offendērūt eos, si p̄cōnīteant. Sic Exo. ibi. 11 quo cognoscētur quod inueni grat. Inoc. fol. 316. col. 2.

Et noli esse incredulus. Quia signis faciliter de-cipi possumus non argrefert, si nō statim eius signis credas, sed non patitur crebris & certis finis non adhibere fidem. Sic Num. 14. Vsq; quo irritabit me populus iste? folio. 472. colum-na. 1.

Dominus meus. Beatus populus cuius Domi-nus Deus eius. Exo. 4. Filius meas primogenitus Iſr. fol. 198. col. 1.

Dominus meus. Expende festinatam huiusc ē-uersiōneim, qui nūc dicebat. Nisi video. Ita dicit Dominus meus. Quoniam qui diu virtu tem aut sanctitatem coluerūt, facile ad eāp̄ re-vertuntur, etiam si aliquando in peccata labā-tur. Sic Exo. 32. Congregati sunt ad eū filii Iesu, fol. 312. col. 1.

Dominus meus & Deus meus. Hinc cōiectare li-cebit, quid Dei præsentia causet in anima, & cōtra quid absentia. Exod. 32. Et audiret populus sermonem hunc, & luxerunt. fol. 316. col. 1. Vide de hoc supra Dominica. 9.

De purificatione san-

Etissimæ Virginis Mariæ Lucæ.2.

PO ST Q V A M impleti sunt dies. Pū etiā sicuti sunt sancti, in lege obseruanda. Gen. 7. In ipso die. Non solum curant seruare præcepta, sed etiam certis, & decretis, temporibus qui bus Deus illa præcipit seruant. folio. 53. columna. 2. De quo vide in festo Innoc. de nocte consur. sic Num. 9. Tempore suo. Non sat est seruare diuina præcepta nisi ea serues tempore suo. Vide quæ sequuntur. fol. 450. col. 2. Sed expéde etiam in hoc Domini dig nationem. Quod etiam promissa facta, eadē die punctualiter adimpleat ut patet Exo. 12. In corpore diei huius. folio. 221. col. 1. Vide literam. Et hodie Dominus promissa adimpler. Dixerat Mal. 3. Ecce ego mitto Angelū meum, & statim veniet ad templum. Expon de statim ut videoas Domini festinationem, in adimplendis promissis. Qui ergo statutis diebus legem adimplent, etiam statutis diebus promissa recipient.

Secundū legē. Ad quā non tenebantur. Vbi docemur, omnia bona operari quæ possumus licet ad ea non teneamur. Vide Sabba-

IN OLEASTRVM.

in ramis. Vide Dominic. Infra oct. Epiph. secū dum consuetud.

Secundū legē. Qui bona facit, & iustum se esse ostendit, quando ad hoc non tenetur, credibile est eum iustitiam seruaturum in re, ad quam tenetur. Gen. 44. Pecuniam retulimus. fol. 159. col. 2.

Secundum legē. Docet nos, Deo gratissima esse seruitia, quæ illi ex animo fiunt, & nō coacte. Gen. 4. Respexit Dominus ad Abel & ad oblationem eius. fol. 37. col. 2. Et Deu. 28. Eo quod non coluisti Dominum Deum tuum in letitia. folio. 626. col. 2. Vide in fest. vnius mart. si quis.

Vt sisterent eum Domino. Solent munera faciem irati lemire, & ex irata inhibarem mutare ad hoc munera mittit Jacob ad Esau. Gen. 32. Tulit ex ijs, quæ manui occurrebant. folio. 130. col. 1. Sic Abigail. Cū Dauid. Hodie virgo cū Deo. Sic ibi dicebat Jacob. Placaba illum munib⁹. q. d. videat me oculis muneris nō suis. column. 2. Quia ut dicitur Exo. 23. Munus etiam uidentes excœcat. Sic Jacob. Gen. 43. Dicebat ad filios. Tollite de laudabilioribus terre. Et Deus faciat uobis illum placabile, folio. 157. column. 2.

Vt sisterent eum Domino. Vbi docemur apud nos non detinere quæ sumus Deo dari, ne forte illis ita afficiamur. ut nobis Deo inuito retineamus Exo. 22. Primitias non tarda-

ELENCHVS

bis. folio. 259. columna. 2.

Vt s̄isterent eum Domino. Discimus viros sanatos pro bono reipbū. Domino esse offerēdos. Sic oblatus est Samuel, sic hodie Dominus pro totius mundi bono. Sic præcipitur, Num. 6. Adducet eum ad ostium taber. Ecclesiæ. Loquitur de Nazaræo, fol. 444. col. 1.

Omne masculinum. Docet locus iste, Domino offerenda esse meliora. Nos vero offerimus debiliora. Virgo vnigenitū offert. Exo. 13. Sanctifica mihi omne primogenitum, folio. 223. columna. 1. Considera qualiter omnia quæ Deus a nobis exigit, in nostram conuertit vtilitatem. Sic Exo. 25. Ab onsi uiro cuius cor. Vt his ei arca ædificaretur, folio. 277. column. 2. Ideo voluit sibi primogenita offerri ut a Deo benedicerentur. Et Exo. 12. Agnus interger, fol. 220. col. 2.

Pro eo par turtrum. Non vult Dominus pereire aliquid sui juris, quod aduertat qui Deo debita fuffurantur. Exo. 13. Omne primogenitum hominis, in filijs tuis redimes. folio. 223. col. 2.

Par turtrum. Pauperis erat oblatio. Ab incunabulis Dominus & humilitatem, & paupertatem amare, luce clarius ostendit. Sicut ab incunabulis, in nobis apparet auaritia, & diuitiarum amor. Sic de Sara dicitur Gen. 21. Vedit filium Agar ludentem. fol. 98. col. 2. Et etiam ab ipso vetero homines hanc cupiditatem

IN OLEASTRVM.

tem ostendunt, ibi. c. 25. Tenebat calcaneum fratris, fol. 112. col. 1.

Par turtrum. Considera quæso, quibus homo seruit, & colit Deum suum, & quibus nobis seruiat ipse. Tu illi seruis, aubus pecudibus, ille vero tibi, Cœlo, sole &c. Exo. 10. Ex eo accipiemus ad seruendum Dominο, fo. 213. columna. 2. Et Leu. 1. De bobus & pecudibus, folio. 335. columna. 1.

Par turtrū aut duos pu. Vult nos Dominus omnia quæ nobis contulit ad eum referre. Sic Leu. 1. Si deauibus est holocaustum. f. 336. c. 1.

Par turtrum aut duos. Consideret pauper etiā præter paupertatem se hostia indigere. Leu. 5. Si non attigerit manus eius sufficientiam peccoris, fol. 347. col. 1.

Par turtrū. Admonet locus iste, principes in exigēdis tributis vt semper pauperū rationē habeat, neq; ultra id quod possunt ab eis exigant. Leu. 27. Si pauperior est, fol. 425. col. 2. Et ibi. Nō queret utrum bonum uel malū sit. f. 426. c. 1.

Pro eo par turtrum. Admonetur hic hi, qui Deo suo administrare nequeunt, alium suo loco subrogare, & si opus sit pecunia emere qui Deo pro se administret. Sic Num. 3. Capies quinq; Sictos. fo. 433. co. 2. Et Exo. 13. Omne primogenitū astini pecude redimes. fol. 223. c. 2. Et hic Christus offertur pro nobis, qui Deo sa- tis reddere non potuimus.

E L E N C H V S

Par turturum. Considera Dei cui erga te clementia, qui non vult te ultra vires grauare, sed ministerio quod exhibere potes, et nientatur. Sic. Deu. 14. Si creuerit praeterea tua. fol. 591. col. 1. Et cap. 16. Ibi. Quantum potuerit spontanea manus tua. folio. 594. col. 2. Et. 22. Non seres uineae tuam. Ibi de non arando in boue & asino dicitur, ubi docet imparia non esse coniungenda, neque ab omnibus seruis esse aequaliter ministerium exigendum, sed ab uno quoque iuxta vires suas. fol. 610. column. 1. Et Leu. 3. Si de pecudibus est oblatio eius. Vbi vides quod acceptat Deus quod possumus, neq; uirget soluere quod debemus. fol. 340. col. 2. Vide Dominica. 22. Reddite.

Omnis masculinum ad ape. Fuerunt semper fœminis viri præpositi & prælati, quoniam utiliores reipub. esse cognoscuntur. Sic Leu. 12. Dicitur. Si semificauerit, et masculum pepererit, fol. 367. col. 2.

Non usurrum se mortem. Expedita Dei liberalitatem, qui plus dat quam petas, petierat non videam mortem, donec videam Christum Domini; & accipit eum in vlnas suas. Gen. 17. Petit Abraham. Utinam uiuat Ismael coram te, & accipit etiam Isaac. f. 88. c. 1. Et Exo. 33. Petit Moyses. Fac me queso uidere gloriam tuam. Et audit. Ego transire faciam omne bonum meum. fol. 317. column. 1. Et hanc conditionem. Etiam esse iustorum videmus

I N O L E A S T R V M.

demus in Abraham. Gen. 18. Capiam bucellam panis. Et instruit illis conuicuum. fol. 91. col. 2. Impij vero multa promittunt, & parum, vel nihil dant.

Benedixit illis Simeon. Benedicit homo Deum laudando. Psal. 102. Benedic anima. m. d. benedicit Deus hominem illi beneficiendo. Ut patet Gen. 24. Seruus Abraham. Dominus benedixit Domino meo. fol. 107. col. 2. q. d. crescere fecit substantiam eius. Sic benedixit Dominus Domini Obet. Et benedicit homo hominem. Illi bona præcado. Gen. 14. Benedixit Melchisedech Abraham. Sequitur benedictus Abraham Deo excelso. fol. 79. col. 2. Et 24. Parentes. Benedixerunt Rebeca. f. 108. col. 1. Soror nostra es crescas in mille mil. & hic Simeon bened. illis. Multi sunt facienda piorum, & sanctorum benedictiones, & efficacissimæ sunt valde, eorum maledictiones. Num. 22. Veni obsecro, et maledic propter me populo. fol. 508 col. 1. Et 23. Cur maledicam cui non maledixit Deus? nihil mali aduersus iustos præcandum est. fol. 513. col. 2.

De sancta Agatha. Math. 19.

 I licet dimittere uxore. Sancti patres antiqui unica erat vxore contenti Gen. 7. Vxor Noach, et tres uxores filiorum. folio. 54. co. 1. Non sic peccatores qui ex Cayn originem

ELENCHVS

originem ducebant, qui plures, & pulchriorum
eligeant. Gen. 6. Acceperunt sibi uxores ex
omnibus quas elegerant. fol. 48. col. 1.

Ex quaenam causa. Pessima res odiū, quod
omnia crimina querit in eo quod odit, etiam
si nō sint. Et occasiones querit, vt ab uxore
discedat. Deu. 22. Si acceperit virum uxorem & ingre-
fol. 610. co. 2. Vide leges repudij. cod. Iustini,
lib. 5. tit. de repub. Vasti repudiatur. Et c. 24.
ibi. Si acceperit uxorem & non inuenierit gratia. fo.
616. col. 2.

Propter hanc. Nouerat Dominus amabile bo-
num uniuscuique proprium, ideo duo in carne
una fecit, & ex Adæ costa mulierem forma-
uit. Gen. 2. Cadere fecit Deus extasim in Adam.
fol. 22. col. 2.

De sancto Mathia Act. 1.

Miscopatum eius accipiat alter. Commu-
niter sancti dicunt neminem Deum
deiicere, nisi alterum subleuet. Vide
fer. 6. post. 2. Dom. auferetur a vobis. Et fer.
6. post. 3. Dom. alij labora. De Euangeliō. Vi-
de in fest. pluri marty.

De sancto Ioseph. Math. 2.

Pparuit in somnis. Vide in festo inno-
cen.

Volebat occulte ; Docemur hic in
huius-

IN OLEASTRVM.

huiusmodi rebus, quæ ad mulieris famam
pertinet, non debere multam inquisitionem
facere. Gen. 38. Iudas. Capiat sibi. Noluit ut tam
pli⁹ de ea inquisitionē fieret. f. 146. c. 1. Et ibi.
c. 39. Posuit eum in domo carceris. Expēde Ioseph
patientiā, & quomodo reā nō prodit sed ma-
uult talia sustinere, quam eius peccatum dete-
gere. fol. 148. col. 1.

Hec ecocogitante. Idest disponēte. Appa, ecce
qualis meitorum consolator est Deus. Qui in
minimis etiam succurrerit suis Gen. 21. Ad A-
braham. Ne sit displicentia Iacob. tuis. fo. 98. co. 2.
Et ibi. Quid tibi est Agar?

Cum esset iustus. Quanto iustior fueris, tanto
minus aliorū mala videbis. Si vero nō fueris
iustus crudelē in alios te ostēdes Iohan. 8. Illi
qui adulterā accusabāt tales erāt. Et Gen. 38.
Iudas in Thamar crudelis. Fornicata est Tha-
mar. f. 146. c. 1. Et David cōtra illū qui tulerat
ouē. Et illi qui Math. 21. Dicebāt, malos male
perdet. Et Gen. 3. Adā culpā in mulierē pro-
priā reūicit. Mulier vero in serpentē. f. 29. c. 1.
Paul⁹ Gal. 6. Vos qui spirituales estis instrui-
te huiusmodi in spū lenitatis. Quid dicis opti-
me Pauleſimo debebas dicere. Tu qui pecca-
tor es, cōpatere peccatori. At optimelōquitur
quāto iustior homo fuerit, tāto maiore charita-
tem habebit. Quæ non querit quæ sua sunt,
non cogitat malum, non gaudet super ini-

ELENCHVS

quitatem. 1. Cor. 13. Non agit perperam. Nulli scilicet nocet, & omnibus benefacit. Quanto magis peccator fuerit homo, tanto erit crudelior. Cum esset iustus si peccator fuisset, ac evasisset, sed iustus, sicut charitas ipsa non vog. malum.

De Annūtiatione Sā

Etissimæ virginis. Luce. 1.



MENSE Sexto. Optime tempus notatur, in quo Deus vult ea quæ perfecta creauerat, & quæ peccatum destruxerat reparare. Vnde Gen. 2. Dicitur secundum translationem. 70. Compleuitque Deus die sexto opus suum quod fecerat, quia mense sexto, quod maius erat restabat ut fieret. Mense sexto reparandum erat id quod per peccatum deperditum fuerat. Id quod die sexto completum fuerat. Et finiuit seu completuit. fol. 14. col. 2. & fol. 20. col. 2.

Missus est Angelus Gabriel. Erat ex supremis Dei ministris, vel forsitan erat inter omnes supremus. Vbi docemur ardua negotia, non nisi senioribus, & domus præcipuis esse committenda. Et forsitan ideo dicit a Deo, tanquam immē-

IN OLEASTRVM.

immediatus. Sic. Gen. 24. Abraham. Vocauit seruum seniore domus suæ. Ut scilicet eat ad quærendam sponsam filio Domini sui. folio. 106. col. 2. Sic Gabriel senior & præcipius domus Domini venit, ad quærendam virginem & sponsam, filio Domini sui. Vide Domi. quinqua. secreto.

Ad virginem. Tales Dominus uxores pijs eligit, quæ non solù moribus, virginitate &c. sed etiam membrorum pulchritudine sit adorata. Gen. 24. Puella erat a pfectu pulchra. fo. 107. columna. 1.

Ingressus Angelus. Docet hic fœminis clausuram, quæ multum ad honestatem conducit. Gen. 18. Vbi est Sara uxor tua. fol. 90. colum. 2. Expende obsecro fœminæ honestatem. Comederant viri, & ipsam adhuc non oculis viserant, ut tu mulier discas non te virorum ob tutibus præsentari. Expende obsecro quid acciderit Dinæ, quia solum ad videndas illius teræ fœminas per ciuitatis plateas incessit, & quia clausuram parui pendit. Gen. 34. Egressa est Dinah. Vide quam periculosa & perniciofa sit fœminis euagatio. fol. 133. col. 2. Utique etiam a proprio deberet rogari, ut domum egredetur. Audiant tales sponsum. Cat. 2. Surge amica mea. & etiam a proprio vultum eius desiderari deberet. Ibi ostende mihi faciem tuam. Habetur gradus ad impudicitiam, ab alio

R 5 præter

E L E N C H V S

præterquam a suo cōspici, apud antiquos. Vn de dicebant. Prima laus pudicitiae est, nulli nota esse, præterquam suo.

Ad uirginem. Præ eligit Dominus quos vult ad suum munus. Sic Dauid. I. Reg. 16. Inter fratres, & illorum minimus. Sic Isaac et si postremus. Gen. 21. In Isaac uocabitur tibi semen. Ait Dominus ad Abraham fol. 99. columna. i Et Gen. 25. Major seruici minori. f. 112. co. li. Non ex meritis, sed ex vocante eligitur. Sic. i. Reg. 7. Saul ex minima eligitur tribu.

Benedicta tu. Quia Deum hominem factum in utero portabis quia benedictionem omnibus reportabis. Gen. 3. Deus ad hominem. Maledicta terra propter te. Nouerat omnipotens Deus, quod aliquando esset naturam humana assupturus, & aliquando futurum ut virginis diceretur benedicta tu. Ideo noluit eū maledicere. fol. 30. col. i.

Benedicta tu. Et benedictus fruc. Addit Elisebet. Benedicendus est homo in suis bene gestis, sed magis Dominus qui nobis tanta confert beneficia. Gen. 14. Benedictus Abraham Deo. Et Benedictus Dominus. fol. 79. col. 2.

Turbata est in sermone eius. Quæ culmen pudoris habet, cæteras docet, ut caueant. Periculosa enim res est viro conuersatio cum foemina etiam sorore Amō & Thamar fratres erāt, & tamen expende Amon scelus in sororem

pro-

I N O L E A S T R V M.

propriæ. Vnde Deu. 27. Dicitur. Maledictus cōtēns cum sorore sua. fol. 622. col. 2. Ideo opus fuit eam tot legibus, & maledictionibus, vallare. Vide quid acciderit filiabus Loth. Gen. 19. Et quomodo ipsæmet, rationes querant, ut sua mala cooperiant.

Quæ cogitabat qualis esset ista sal. Certe pondérandum est, cur sanctissima virgo Angeli colloquium habuit suspectum, ad quod Bern. respondet, vis in periculo esse securas? time securitatem. Debet mulier omne viri colloquium suspectum habere, vnde Gen. 3. Serpēs Qui dixit ad mulierem. fol. 27. Prob. 6. Nunquid potest abscondere homo ignem in sinu suo, ut vestimenta non ardeant? vide ibi. & Iud. 13 mater Sanfonis etiam suspectum habuit Angelum, maritum que vocat.

Ne timeas Maria. Solent insolentes ministri, quise seculi principibus charos ac acceptos vidēt impune peccare, nihil timere qui enim principibus sunt grati, timorem deposuerunt. Sed servi Dei, quemadmodū Deum offendere timent, ita ab eo puniri, ad virginē Ne tim. q.d. Non habes ullam timēdicauſam, quoniā totius orbis Domino grata es. Ieu. 10. In propinquis meis sanctificabor. Nam domo sua Dominus iudicium incipit. fol. 360. col. i.

Inuenisti gratiā apud D. In oculis scilicet Domini gratiam, & fauorem inuenisti. Et si in po-

E L E N C H V S

in potestatem Domini situm sit, hominem nullis preuijs meritis diligere, cōmune tamen est vt iustos propter opera iustitiae diligat Gen.6. Noach inuenit gratiam in oc.d. folio .49. column.a.i.

Inuenisti gratiam apud. d. Magnum est non solum vt te timeant neque nocere audeat, sed etiam vt omnes honorent, scire te gratū esse principi. Ut patet de Ioseph arege sic exaltato. Et de Amam. Et etiam de Mardocheo sic a rege honorato. Hest.6. quem cœpit time re Aman, & etiā licet inuite honorauit. Exo. 33. In quo cognoscetur quod inueni gratiā in oc.t?fo. 316.col.2.

Inuenisti gratiam. Ut scilicet ceteris omnibus faueas. Multi sunt qui grati sunt principibus, sed nulli fauent. Exo.34. Si inueni gratiā in oc.t. Vadat Dominus in medio nostri. Non postulat sanctus vir, sibi priuatum aliquid, sed se gratum esse cupit, ut populo suo gratiam acquirat. fol. 322. col. 2. Sanctissima mater ideo gratiam inuenit apud Deum, ut nobis omnibus illā acquirat, ut meritissime dicatur. Mater gratiæ. Quia per ipsam omnis gratia collata est nobis. Qui thesaurum inueniunt liberalissimi sunt. Quia sanctissima virgo gratiam inuenit, mater & prodiga dicitur gratiæ. Talis enim vt Domini esset sponsa decebat quia liberalis extitit Rebeca, in sponsam Isaac assumi-

I N O L E A S T R V M.

assumitur. Seruus Abrahæ pro signo posuit. Puella quæ dixerit bibe. Gen.24. fol.107. col.1. Vnde doctores & singulariter S. Tho. Dicūt quod esse matrem Dei. Est gratia quasi infinita, & ratio est quia cum mater dicat relationem ad filium, sicut filius fuit infinitus, sic ista gratia fuit quasi infinita, sic virgo in cant. dicit, Quia fecit mihi magna qui potens est. Et nō quia misericors. Licet enim omnia attributa sint eadem res tamen hic dicitur quia potens est, quia in hoc facto maxime potentia eius ostenditur. Fecit po. in brach. nos manibus operamur, Deus in toto brachio suo, operatur.

Ne timeas Maria. Beatus est Dōmine quem tu ex nomine vocaberis sed multo per omnia beator quem ex nomine noueris. Si magnificat apud Homines si princeps eos per nomina nouerit, quid erit si Deus? Exo.31. Vide uocauit ex nomine Besalel. fol. 303. col.2. Et c 35. Vide te uocauit Dominus Besalel. A Domino eligitur. Et si tanti fit eligi in artificem, ad arcam Domini fabricandam. Quid erit eligi, in matrem ipsius Dei? Et Exo.33 Tu dixisti noui te in nomine, & inuenisti gratiam in oc.m. Solent nostri cū suam familiaritatem apud regem significare volunt dicere. Scit rex nomen meum. i. me familiarissime cognoscit. Et dicitur gratiam inuenire quia non est volentis, nequæ currentis. fol.

E L E N C H V S

fol. 313. col. 2. & fol. 316. *Si inueni grat. scire fac me.* Docet quid præcipue a Domino petendū nempe modū, scire. s. quo gratiā apud eum inueniamus, vide lite.

Inuenisti gratiam. Ad virginem mittitur angelus & ad illam dicit, Ave gratia plena, dominus tecum, benedicta tu. Inuenisti gratiam, ecce concipies in utero, non ab extra. Mira sunt hæc & admiranda solum virgini hæc conueniunt, magnus est honos, qui castis & puris ab ipsis cœlestibus spiritibus defertur. Quos etiā oës merito debent honorare. Plus, n. est carnis puritas, quā angeli. Gen. 38. Ille castissim⁹ Ioseph, vedit in foine sole & lunā, & cœli stellas ipsum adorare iustum enim erat, vt tā castissimum inuenē coelestia honorarent. Virgo gratia est pura, & non natura. Maioris meriti est, purum esse gratia; quam natura; sicut mirabilius est, vivere in carne sine carne; quam extra illam & se immaculatum seruare. Et etiā maioris est existimationis ex homine Angelum fieri immitatione, quam natura.

Ecce concipies in utero. Puritatem virginis in Christi conceptione hic locus apertissime nat, cum dicit in utero non ab extra. De quo. Exo. 13. Omne masculinum ad apariens uulnus. Ad virginem vero Angelus Dicit concipies, & paries, utero scilicet clauso unde Esa. 7. pro signo miraculoſo liberationis populi regi A-

chab

I N O L E A S T R V M.

chab datur, & illi dicitur ecce virgo concipiet, & pariet. Nota virgo concipit, & par. Si virgo perit, ergo a fortiori virgo concepit. Optime ad hoc alludit illud Cant. 3. Quod sponsus ad sponsam dicit, venter tuus sicut acceruus tritici, vallatus lilijs. Castus scilicet & prolificus.

Vocabis nomen eius Iesum. Nomen ut recte possumus sit, debet essentiam & quiditatē eius cuius est explicare, quia ut ait Arist. est quasi notamē rei cū igitur Christus tātus sit eius q; dignitas tātē excellentiæ, & mun⁹ eius eminē tissimē dignitatis ita, ut omnē humanū supereat intellectū impossibile erat ab homine ei imponi nomē propriū Christo & eius dignitati aptādū, ideo Deus ipse qui solus Christū & nouit & cōprehēdit, illi nomē imponit, ita ut nec Virginī hoc committere voluerit Deus.

Nomen eius Iesum. Mat. 1. Dicitur vocabitur nomen eius Emanuel. Quod est interpretatū nobiscum Deus, ad nos scilicet redimēdos liberādos sic cū mittitur Moyses a dñō ut liberet populū Exo. 3. Dicit ad illum. Ero qui ero. f. 192. col. 2. q. d. ero qui fui erga vos, in promissiōnibus implendis non mutabor. Ero cum eis in hac tribulatione ut liberem. Vnde de Dominio ipso. Iohānes Apo. 1. pax ab eo qui erat, & qui est, & qui venturus est. Per hoc summā Dei æternitatē describit, & nobis ad esse, ad nos liberādos, & ad regnum perducendos de quo

E L E N C H V S

de quo late in nostris locis cōmunitibus (Deo dante) Agerimus Et Gen. 21. De Abraham. Vocabulū ibi in nomine Domini fortē eternū. Fortē ad nos ab omnibus malis liberandos. fol. 98. col. 1. Sic Esa. 9. Vocabitur nomen eius Deus fortis, pater futuri seculi, æterni scilicet, sic dicitur hic sedebit in domo Iacob in æternū.

Hic erit magnus. Absolute magnus. Eccl. 44 de Abraham. Abrahā mangus pater. Exo. 11. De Moysē. Etiam Moseh vir magnus. Sed solū apud aulicos, & non apud regem. fol. 214. col. 1. Sic Esa. 12. Exulta & lauda habitatio Syō, quia magnus in medio tui sanctus Isr. Illud in me dio, est Deus nobiscum, & sic inter nos con uersari, ut ad illū fiducialiter accedam⁹. Quod magnus. s. ille etiā vsq; in ipsa viscera hominis descendenter. Nā vox Hebræa, intimum ani malis propriæ dicit, deinde cuiuscunque rei. Iob magnus, sed inter orientales. Naaman coram Domino suo.

Dabit illi Dominus sedem. D. Regem consti tuet, & sempiternum regem. Sedes iam ablata ad domo Iacob, & a domo David, dabatur illi tanquā veio Domino. Gen. 49 Iuda te lauda būt fratres. Manus tuae in cervici. Omnia ad regnum pertinent Messiae. Vide literam. folio: 169. col. 2. Et deinceps. Non recedet virga de Iuda. Cum venerit quietus, & illi erit obe dien

I N O L E A S T R V M.

dientia populorum vsque in sempiternum; Ibi. fo. 170. col. 1. De quo Esa. 9. Multiplicabitur eius imperium, & pacis non erit finis. Su per solium Dauid & super regnum eius sedebit, vt confirmet illud, & corroboret, in iudicio & iusticia, amodo, & vsque in sempiternum. Zelus Domini exercituum faciet hoc.

Sede: it. Cum Angelus ad Ioseph loqueretur, dicit, vocabis nomē eius Iesum ipse enim saluum fa. po a pec. Hic nulla habita peccati mentione, solum de eius celsitudine loquitur, quia cum virgine purissima loquitur, quam ex honore filij exaltare decebat. Gen. 18. Noluit Angelus promittere natuitatem Isaac, nisi præsente Sara, quia ex eius natuitate, & sumnum gaudium, & honorem erat acceptura. Vt i est Sara uxor tua? fol. 90. co. 2.

Selebit super solium Dauid. Iuste datur regnū, iuste iudicanti Psal. 72. Deus iudicium tuum regi da. Quia liber. Paupe. Et quæ sequuntur primum quod dicit iudicare po. t. iniusticia & que scilicet quod ad literam de Christo intelligitur. Deu. 1. Non cognoscetis faciem in iudicio. q. d. Non peruerteritis iudicium, alicuius intuitu. fol. 353. col. 1. Et Leuit. 19. Non suscipies faciem pauperis, & non honorabis faciem magni. fo. 393. col. 2. Et Esa. 26. de Christo Domino. Præ parabitur in misericordia solium. Vide quæ p̄reambula continet Christi regnum, & se debit

EL ENCHVS

debit super eū in veritate, in tabernaculo Dauid, iudicans, & quārē iudicium, & velociter reddens quod iustum est expende singula velociter red. Ne sicut hodie sit expectantes vi que ad pallium deuorent. Expēde quam cito sanguinariam, Cananeam, Mariam, Lepro'os expeditum ideo sedebit in aeternum. Ad hoc iudices iubebantur esse importa, vt facilis a deos esset accessus. Ad hoc pertinet illud Exo. 7. vbi Dominus ad Moseh, Vnde ad Paroh mane, ecce enim egreditur ad aquas. Vt omnes ad ipsum faciliter accedere possent. fol. 205. col. 2.

Quomodo fiet. q. d. Quod erit signū q̄ sic euētū este nō dubitat de verbis Dñi, sed signū ad rei firmitatem vult, aut ad sui consolationē. Vnde Angelus ad eam ecce Elisabet. Sic Abraham. Gen. 15. In quo sciā. fol. 80. col. 2. S. P. Augustinus. 16. De ciu. c. 14. De hoc loco Ge. Agens dicit credidit Abrahā Dco, & cōtinuo addit vnde scire possum. Nō credendū est in fide hæstasse. Sed petit similitudinē qua eius modus cognosceretur. Sicut non est virginis difidentia, dicere quomodo. Quod enim futurum esse certa erat, modū quo fieret in qui rebat & tunc dicitur illi, Spiritus Sanctus &c. Theodoretus de Abraham loquens ait, non dubitantis, sed optantis, scire modum est hoc. Abrahā videbat Palestinā a multitudine inhabitari. Sic virgo propositū se videbat habe-

IN OLEASTRVM.

revirū nō cognoscēdi. vide castrū. li. 1. de her. c. 10. An dubitat. Et S. P. Aug. li. 50. h. 4. ¶

Quomodo fiet istud. Modū interrogas & est inefabilis & in intelligibilis quē etiā Angelus explicare, o sanctissima virgo minime poterit. Solū dicit Spiritus Sanctus superueniet in te, Daniel. 2. Somnium & eius solutionem cū regi diceret, addit secundū quod vidisti, quod de monte abscessus est lapis sine manibus (quod certe hoc mysteriū adūbrat,) Deus magnus ostendit regi quā ventura sunt & nō explicat quid sit illud, quia inexplicabile est hoc est illud Exo. 25. Vbi precipit Dominus. Facies duos cherubim aureos. Tegētes alis suis propicia totium ne scilicet ab hominibus videretur. fol. 275. col. 2. Propitiatoriū est Christus, est enim vtait Ioā. 1. 2. Propitiatio pro peccatis nostris. Et tantū mysteriū non vult ab ullo intellectu percipi, de quo Esa. 6. qui vedit dñm sedente super soliū, vbidicitor Seraphim stabant super illum sex alæ vni, & sex alæ alteri quibus vela bāt faciē eius, & duabus pedes. Faciem vt intelligamus diuinam essentiam esse nobis in cognitā neque a nobis videri, nec contemplari posse. In hoc quod velabant pedes, indicatur, huius mysterij magnitudinem omnem creatū intellectū excedere, nec angelus aliud respondet, nisi Spiritus Sanctus.

Quoniam virum non cognosco. Idest nō cognoscere

E L E N C H V S

scere decreui. Expende hic, quid lucri sit, aut perdere, aut periculo aliquid propter Deum exponere. Nam vt ait Ber. quia virgo se exposuit propter Deum, castitatem voulendo, illo tempore vitio datam, vt ab omnibus mulieribus esset maledicta, dedit illi vt inter mulieres esset benedicta, & audiret ab Angelo ecce cōspiritus sanctus. Sic Gen. 12. Ad Abrähā. Vera de tibi e terra tua. Consanguineos reliquit, sed cum ingentem magnā futurum, deus pollicetur. fol. 74. col. 1.

Spiritus sanctus superue. Non hominis erit opus sed solius Dei. Num. 17. Cape ab eis singulas uirgas. Floruit virga Aaronis summi sacerdotis. fol. 484. col. 2. In quo hoc mysteriū prosignatur sicut absque ullo humano praesidio, illa virga & floruit, & fructificauit. Sic virgo tanquam virga. Sic Esa. 53. Et ascendet sicut vitgultū coram eo. 70. Habent anūtia uimus de illo, sicut puerulus coram ipso sicut radix in terra sitiensi. Sicut puerulus scilicet apparuit terra sitiens vulua virginis, eo quod hominem non cognouerit, sed spiritus sancti opere concepert. Sic explicat. 6. Syno. Consta Acto. 8. Sic Tertulia. aduersus Iudæos circa finē. Et aduersus Marc. li. 3. Et origi. c. 10. ad Rom. In vulturis genus mas nō inuenitur, & absq; malculo concipit foemina vt auctor est Pierius li. 18. Quid ergo mirum si virgo ipsum Deum conci-

I N O L E A S T R V M.

concipiat absque viro? Quod aperte dicitur. Gen. 3. Dominus ad serpentem. Ponam inimicitias inter semen tuum, & semen mulieris. Scilicet solius fol. 25. col. 2.

Nascetur sanctum. Ut totus scilicet sit deo datus. Nihil sibi reseruabit. Exo. 13. Sanctifica mihi omne primogenitū. Idest separa, iubet hic primogenita, separari ad cultum seu partem Dei, st hec, sanctificatio separatio, a prophaniis veris, & applicatio ad verus Dei. fol. 221. col. 1. Sic Ioā. 17 Pater sanctifica me. q. d. Sanctifica tibi cor meum, prius, quā corpus meū in cruce. Inde sanctificare sabbatum, est diē totū in Deo dare & eius in cultu consumere. Esa. 6. Semē sanctū erit, id quod steterit in ea idest Deno dicatu. Omnibus tibi. Intus & foris. Gen. 7. Bituminabis ea intus, & extra. fol. 46. co. 1

Et ecce Elisabet. Sua Deus agit negotia, absque hominis praeiudicio. Exo. 4. Moyses timebat Domini legationē explere, & se se obtutibus tyranni Pharaonis exponere, & dicebat. Mitte per manum illius quem mittes. fol. 197. col. 2. Ad quē Dominus Ibi. Tueris ei pro Deo. q. d. Non cedet tibi in dedecus hec legatio. Sed maximus tibi manet honos, sic vt. Deus Egyp*ti* dicaris, & sis.

Ecce ancilla Domini. Etiam si promissa Dei, difficulta, aut impossibilia videantur, credenda sunt, non ridēda sicut fecit Sara. Gen. 18. Ri

E L E N C H V S

Sit Sarah. fol. 91. col. 1.

Ecce ancilla Domini. Non multum est humiliari in abiectione, maximum vero, in honore & exaltatione. Audit Abigail 1. Reg. 25. Nuntios David dicentes, missit nos ad te, ut accipiat te sibi in uxorem. Et illa consurgens adorauit prona interram, (quod ego credo fecisse virginem.) Ecce inquit, famula tua sit in ancillam ut lauet pedes seruorum Domini mei. Et Gen. 18. Audit Abrahā Nūquid celo ego? & ad ipsum loquitur Dominus tanta familiariter, & ipse. *Sum puluis et cinis.* fol. 91. col. 2. David sic exaltatus dicit ego sum vermis & non homo. Arbor tanto magis ad terram inclinatur, quanto ubiores habet fructus. Vide Domi. 4. Post Penth. exi a me Domine.

Ecce ancilla Domini. Tanti doni bonū agnouit, quod asumatur in sponsam ipsius Dei, & sic profunde humiliatur. Gen. 24. ille seruus Abrahā Rebecam duxit ad Isaac, quæ vidēs Isaac humilitate maxima & reverētia iactauit se de camelō. Et accepit operimētum. Et operuit se. fol. 108. col. 1. Angelus virginem ducit ad Christum quæ cum audit Spiritus sanctus. Humiliat se dicens, ecce anc!

Ecce ancilla Domini fiat mihi. Summa efficiētia est hoc verbū fiat in operibus Dei. Mat. 15. Dominus ad Chananeam, fiat tibi sicut vis; Et sequitur. Et sanata est filia eius ex illa hora

Et

I N O L E A S T R V M.

Et Gen. 1. Fiat lux. Et facta est lux. Sed creatus ra facta est. Sed cum virgo dicit. Fiat statim. verbum caro factum est, & habitatuit in nobis. Qua voce quid efficacius in mundo potuit dari? Aquila se capi permittit voce, & musica humana. Sic Deus virginis voce.

De sanctis Philippo, & Iacobo Apo-
stolis. Iohan. 14.

NON turbetur cor uestrum. Docentur maiores, seruos quos viderint tristitia affectos, subleuare; ut unde malum processit, inde prodeat medicina. Gen. 4. Dominus ad Caym. Ut quid est ira tibi? fol. 38. col. 1.

Mansiones multæ sunt. Hæc summe corroborant infirorum animos ad perferendos quos cumque labores, scire scilicet sibi magnum repositum præmium. Gen. 49. De Isacar assinus fortis. Est animal aptum ad onus. Vidit re quiem quod esset bona. Ideo possuit humeros ad portandum. fol. 175 col. 2. Et factus est tributis seruiens, ille qui liber erat. Quod ad impletur in ijs, qui religionem ingrediuntur, ibique facti sunt tributis seruientes scilicet obedientiæ. Nume. 13. Explora-

S 4 tores

ELENCHVS

tores dicebant venimus in terrā, quæ re vera
fluit lacte & melle. Vt illorum animos ad spē
possidendi erigeret. Sed nobis vnigenitus qui
est in sinu patris, ipse enarravit. De hoc vide
Cipri cōtra Demetr. De quo late in nostris lo-
cis communibus agetur Cum de spe dicemus.

Ego sum uia & quomodo possumus uiam scire. Sū
me est necessarium viam Dei agnoscere, qua
ad ipsum perueniamus. De quo Exo.33 Moy-
ses ad Dominum. Et nunc si queso inueni gratiā
in oculis tuis Scire fac me viam tuam, & sciā
me. Via Dei, est ipse Deus. Scire eius viam, est
ipsius conditionem, & voluntatem calere, quo
ipsum placare possumus. fol.314.col.1,

De vigilia. S.Ioannis Baptifæ. Luc. i.

Abo iusti ante Dominum. Optime nos
docet locus iste, non solum mona-
chos, ac monachas Deo placere, &
ante Dominum ambulare sed etiam eos qui
liberis educandis, & procreādis dant operam,
Saluabitur mulier per filiorum generationem
inquit Paulus. Et Gen.5. Ambulauit Chanoch cū
Deo, postquā genuit mat. fol.42.col.1. Et id quod
sequitur ad quam perfectionē possit ascende-
re coniugatus hic videmus.

Ambulauit Chanoch cum Deo, & non ipse,
quia

IN OLEASTRVM.

quia tulit eum Dominus. Vbi notat eloquenti-
simus, simulque sanctissimus Christo, quod
bis dicit placuit, postquam dixerat, postquā
genuit.

Ante Dominum. Vide quosdam iustos ante ho-
mines, hominibus placentes, sed Deo displa-
centes. Gen.7. Dominus ad Noe. Te uidi iustū
coram me. fol.53.col.2.

Incedentes in omnibus mand. Ostendit iustum
non solum in certis obediens Deo, in hac, vel
illa re, sed in omnibus. Nam bonum testante
Arist. confurgit ex integra causa. Et Iac, qui
peccauerit in vno factus est omnium reus.
Gen.26. De Abraham. Custodierit custodiā meā.
folio.114.col.1.

De sancto Iohan. Baptista.
Lucæ. i.

Impletum est tempus pariendi. Inter cæ-
tera quæ in Deo reluent, præcipuū
est veritas, vt non solum quæ pro-
miserit compleat, sed etiam eo quo promis-
sit tempore. Sic Gen.21. Dicitur. Et recordatus
est Dominus Saræ, quemadmodum dixit. folio. 98.
col.1.

Vocabant nomine pat. Natura docente homi-
nes nomina sua filijs imponere consueuerūt,
vt qui

E L E N C H V S

vt qui in se vivere nequeunt in filio vivant.
Thobias filio nomen suum imposuit. Gen.
38. *Suscita fratri semen.* folio. 145. colum-
na. 2.

Sed vocabitur Iohannes. Quia miraculose filium
dederat, & quasi desperatis, voluit ut omnes
in nomine filii cognoscerent, esse miraculo-
acquisitum. Gen. 21. *Vocavit Abram filium suum
Iaac.* fol. 98.col.2.

Innuerant patri. Utterque idem dicit. Eccles.
25. In tribus bene. Vir & mulier sibi bene con-
sentientes. Gen. 21. *Eritis ancillam & fili.* Cauen-
dæ sunt lites inter eos. fol. 98.col.2.

Iohannes vocabitur. Solebant patres & ma-
tres quondam ex euentis nomina filiis impo-
nere. Genes. 4. Addit ut pareret fratrem eius
Abel. Et vocavit Cayn possessionem, ideo
dicit. *Possedi uirum a Domino.* folio. 31. colum-
na. 2. Et Genef. 5. *Vocavit nomen eius
Noach* dicens iste consolabitur nos? Noach re-
quiem, vel quietem sonat. Et 21. *Voca-
uit Abraham filium suum Iaac.* i. Rism. Un-
de Sara dicebat quia risum fecit mihi Do-
minus; & quicunque audierit corridebit mi-
hi. Et 34. *Dum moreretur vocavit nomen
eius benoni* idest filius doloris. folio. 136. colum-
na. 1. Et 41. *Vocavit nomen eius
Manasses* quod obliuionem sonat, & addit.
Quia obliuisci me fecit Deus laborum meorum.
fol.

IN OLEASTRVM.

fol. 153 col. 1. Et Math. 1. Vocabis nomen eius
Iesum. Ipse enim saluum faciet populu suū
a peccatis eorum. Iohannes sonat cui dona-
tum est, scilicet esse Messia nuntiū, & cui do-
nata sunt innumera bona, quem Deus inui-
fit in matris utero. Et Gen. 16. *Vocavit Abram.*
fol. 85.col.2.

Iohannes vocabitur. Laudabilis valde cōsuetu-
do filios a beneficijs Dei nominare, ut quo-
ties eos videris Dei beneficiorum memore-
ris. Exo. 18. *Alterum Eliyzer.* Id est Deus patris
mei, adiutor meus. Ei ibi. *Quia dixit peregrini-
nus sum.* Solebant etiam sancti patres nomini-
bus filiorum suorum, statum vitæ suæ refer-
re, & beneficiorum diuinorum meminisse.
fol. 240. col. 1. Et Gen. cap. 16. *Vocabis nomen eius
Ismael.* fol. 85. col. 2. Et ibi. c. 10. *Nomen unius pe-
leg.* Docet aliquo signo tradere res memo-
ria dignas, quas antiqui suorum filiorum no-
minibus præferebant. fo. 69. col. 2.

Quia magnificauit Dominus. Singularia, & in
assueta sunt quæ Deus sanctis suis facit. Et
si eis parcere debet, aut eorum miseri, exaltat se ad hoc, & vires extendere vide-
tur. Sic Exo. 6. Dicit. Redimam uos in brachio
extenso, & in iudicijs magnis. folio. 203. colum-
na. 2. Et Deut. 26. Eduxit uos ex Aegip-
to cum potentia & brachio ex tento. folio. 620.
col. 2.

E L E N C H V S

Congratulabantur. Omnes gaudere solent in successu iustorum ; quemadmodum gerunt, cum malis bene succedit. Gen. 14. Et benedixit ei, folio. 79. col. 2. Et cap. 21. Omnis qui auctoriter, corridebit. Docemur ridere & gaudere, cum bona proximorum audimus. folio. 98. col. 2. Et Exo. 18. Letatus est Iethro Non solum de bonis aliorum gaudet, sed etiam in gratiarum actiones prorumpit, folio. 240. col. 1. Sic prob. 21. In bonis iustorum exultabit ciuitas, alias exaltabitur. Quod multum rem amplificat. Et in perditione impiorum erit laudatio. Si cut patet Exo. 15. Cum demerguntur impij. Catat Moyses & populus. Rut Ruth. Congratulabantur Noemi. Dicentes benedictus Deus.

Benedictus Dominus Deus. Solebant sancti, & populus Domini quotiescumque Deus sibi beneficium aliquod praestisset, dictare sibi nouum Canticum. Sic Exo. 15. Tunc cecinerunt Moyses & filii Isr. folio. 230. col. 1.

Prophetauit. Vide ubi perueniat status conjugatorum. De quo hic in vigilia diximus. Ambo iusti.

Salutē ex inimicis nostris. Non sat est iustis, in communi beneficia Dei referre, sed etiam minutissima enumerant sic ibi Exo. 15. Curru Parhoh. fol. 230. col. 2.

Audierunt uicini. Optimum est, bonum habere vicinum. Vnus qui hereditatem vendebat,

I N O L E A S T R V M.

bat, dicebat bonum habet vicinum. Multa enim bona propter vicinum bonum. Leu. 26. Ponam tabernaculum meum in medio uestri. folio. 421. col. 2. 4. Reg. 4 quia illa vidua Elisei tam bonas habuit vicinas, quæ illi vasa commendarent tantum habuit oleum. Deu. 19. Volebat Dominus illas tres refugij urbes toti eorum habitationi vicinas esse propter refugas. prob. 27. Meliore est vicinus iuxta, quam frater procul. Vide in die Didicationis. Hodie in do.

D e s a n c t o P e t r o . M a t h . 1 6 .

Pres Christus. In multis comedatur Petitii prudetia, fides, & diligentia, & zelus, inter omnes alios fuit primus qui dicebat, quo ibimus quia verba vita habes? primus qui confessus est, tu es Christus. Primus qui magna confidentia se misit in mari, ut veniret ad Dominum, ipse qui magna humilitate dicebat exi a me Domine, quia homo peccator sum. Et qui dixit Domine tu mihi lauas pedes? primus qui dixit tecum paratus sum & in carcerem, primus qui arripuit gladium, & dicit, Domine si percutimus in gladio? Et qui percusit seruum pontificis. Primus qui ingressus est intrepide in monumeto (re suscitato Domino) ideo illi, & iure datur

E L E N C H V S

tur principatus. i. Par. II. Dicitur omnis qui percuserit Iebuseum in primis erit princeps & dux. Ascendit primus Ioab, & factus est dux. Sic in multis commendatur Iudea prudētia & audacia ideo ei principatus traditur Gen. 43. Primus qui dicit ad patrē. Mitte puerū meū. fo. 157. c. 2. Et primus qui ingressus est mare secūdū scola. Alijs tribubus p̄r̄ timore nolentibus. Vide. i. Par. 5. Vbi dicitur. Porro Iudas qui erat fortissimus inter fratres suos. De stirpe eius principes germinati sunt.

Tu es Petrus. Consideratione dignum existimmo cur Deus eis quos ad munus aliquod elegit, nomina mutare solitus sit, sicut Abraham, & Petro qui antea Simon vocabatur. Gen. 17. Non uocabitur ultra nomen tuum Abrahā, fol. 87. col. 2.

Beatus es Simō. Docet locus iste, quantum laudi sunt, qui alicuius boni sunt prima causa, vel sunt primi. Sic Gen. 5. De Noach. Iste consolabitur nos. Quia inuenit artem seu instrumenta quibus terra coleretur Vide lit. fo. lio. 41. columnā. 2. &. 42. col. 2.

Beatus es. Tu es Petrus. Magna dignitas, qua forsitan aliquo modo elatus, voluit Dominū arguere. Sed audit vade post me Sathanā. Tantum eleuat, & in puncto tantum deprimit admiranda res. Leuit. 10. Sanctificabor in his qui apropinquant mihi. Vide in fest. Ascen-

I N O L E A S T R V M'

Ascen. increpauit. Et ibi Moyses ad Aaron cur non comedistis coniunctis etiā, in rebus Dei, minimie parcendum est. fo. 360. col. 2.

Ædificabo Eccles. & tibi dabo. Et quodcunq; solueris. Optime coniunguntur, & Ecclesiæ edificatio, & peccatorum remissio. Sic Exo. 25. Pones propitia'orium super arcam. Optima cōiunctio, arcæ seu legis in ea consistentis, cum propitiatorio. Ut si contingere in lege peccare, ad manum esset propitiatorium. folio. 278. col. 1.

Ædificabo Eccles. quorum remisseritis. Pulchre hic locus ostendit ad quid Ecclesiam velet edificare, non ad de peccatis vindictam sumendam, sed ad eorum remissionē. Nusquam legimus Deum instituisse in hoc mundo dominum iustitiae, qua reos puniret aut saltu iudicaret, sed cum sit clemens, dominum in qua peccatis nostris propitiaretur instituit, non unicam sed penes infinitas. Sic Exo. 25. Facie propitiatorium. folio. 278. columnā. 1.

Tibi dabo. Cui promittis Domine? Homini qui te negaturus est? non retinet beneficium Deus propter nostra peccata, sed potius abundantius dat; ut eius ostendatur misericordia. Audiant hoc qui ob paruum crimen, beneficia subtrahunt, seruos e domo pellunt. Exo. 32. Descedit, & duas tabulae in manu eius. folio. 311. col.

E L E N C H V S .

col. 1. Sic Gen. 40. Iratus Pharaō contra principē pincernarum. Vna hora perdunt serui principū quod tota vita sua magnis sudoribus meruerunt, & tandem in carcerem detruduntur. fol. 149. col. 1. Et Exo. 33. Vade ascende hinc tu & populus. Nunquam sic legimus Deum festinasse, & vrgisse Iudaos. fol. 315. col. 2. De hoc in fest. S. Iohan. Euan.

Et tu es Petrus & tibi dabo. Vix dixerat Petrus, tu es Christus fili D. & statim audit tu es Petrus, & tibi dabo, festinat Dominus retribuere honoris sui ministeria, & præclaræ gestæ, vt discas in ijs quæ ad eius honorem pertinent ministrare ei. Vnde Num. 25. Ecce ego do ei pactum eum pacem. Quia scilicet occidit fornicarium. fol. 523. col. 2.

Et tibi dabo, cui Domine homini te negaturo? Sic vas electionis vocas qui tuos usque ad mortem persequitur? quoniam sic decet, cognoscent enim erga se Dei pietatem, & sic etiā erga homines pietatem ipsi exercent. Vnde Apostolus. 1. Cor. 7. Consilium autem do, tanquam misericordiam consecutus. Sic factū est cum Aaron, optima enim est pietatis magistra experta indigētia. Vnde Deu. 5. Memet quod seruus fuisti in Ægypto. folio. 570. columnæ. 2.

Tibi dabo. Post passionem scilicet hinc dicant prælati non relinquere sine duce plebē. Deu.

I N O L E A S T R V M.

Deut. 31. Filius centū uiginti annorū sum. f. 633. c. 1: *Quocunque ligaueris. Ligatum habent sancti Deū, vt non puniat nisi permiserint ipsi. Expectat Dominus in Cœlo Petri ligamina & solutionem. Exo. 32. Et tunc dimittē me. fol. 311. col. 1.*

Quorum remisseritis. Benedictus sis Domine qui nobis remissionem peccatorum, non semel in anno sicut populo antiquo nobis concedis, sed quoties libuerit, paratum habemus Deū. Leu. 23. Dies expiationum est. folio. 410. columnæ. 1. Et vide Leu. 14. In illo. Ista est lex leprosi. Quibus indigeat peccator, vt nullus fiat. folio. 373. columnæ. 2. Et ibi. Purificavit domam insang. p. fol. 374. col. 2.

Quocunque ligaueris super terram, & quocunque solueris. Potestatem ministrorum expede. Nulla maior punitio a Deo potest homini dari, quam ab eo lucem tollere ne videat quovadat, gratiam scilicet qua Dei amici sumus. Eximium munus illud quod lucem potest dare, & tollere, sacerdotum scilicet, qui possunt ministerialiter gratiam tribuere. Ad idē Eta. 29. Ex cæca cor pop. huius. Sacerdos excæcat utique, nec prædicando, nec a peccatis soluendo. Exod. 10. Dominus ad Moy sen. Extende manum tuam in Cœlum. Et. Errunt tenebrae in tota terra Ægypti. Hoc est quæ vltimum impiorum sumplicium cum obse-

ELENCHVS.

ratur insipiens cor eorum . Expende illud
extende ma, in cœlum . Quasi potestatem
habens in cœlum . Sequitur . Vbi cunque an-
tem habitabant filij Isr. erat lux. folio. 213. colum-
na. 1.

Quia caro & sanguis. Tanquam immedia-
tus Seraph secreta Dei percipit ad aliorum
bonum . Conuenientia maxima est , inter
Ecclesiam militantem , & triumphantem .
Ideo hæc vocatur regnum cœlorum Iohan.
in Apo. 21. Dicit quod vidit ciuitatem nouam
descendentem de cœlo. Et Exod. 25. Ad Moy-
sen. Secundum quod ego uidere facio te. fol. 27.
columna. 2. & folio. 277. columna. 2. An-
geli supremi, immediate a Deo accipiunt se-
creta, vt alijs reuelent. Per cuius manus om-
nia cœlestia negocia transeunt tanquam pè-
illos registrata . Sic Esa. 6. Vedit . Sera-
phin stantes in circuitu throni . In hac Ec-
cles. quæ ad illius similitudinem ædificata
est, sunt etiam supremi Seraphin , qui a
Deo secreta accipiunt, pro aliorum bono. act.
10. Angelus ad Cornelium accerit Petrum.
Cur tu Angele Dei, Cornelium non doces?
Non decet, quia Petrus est Seraph Eccle-
siæ. Sic Exod. 4. Mittam te ad Pharaonem. Et
Moses. Mitte per manum illius quem mittes. Qua-
si dicat mitte Domine Angelum tuum, nō
sic decet tu es Seraph , ecclesiæ , cui Deus

IN OLEASTRVM.

reuelauit multa vt alijs anunties. Tueris pro
Deo toti Ægipto. folio. 197. columna. 2.
Et ibi. Congregauerunt senes. folio. 198. column-
na. 2. Vide Dominicam in albis quorum se-
miseritis peccata.

In commemoratione sancti Pauli Apo-
stoli. Math. 10.



Cce ego mitto uos . De hoc vide in-
fest. Euangelistarum ecce ego.
Estote prudentes. Quoniam pruden-
tum solum debet esse gubernatio, & impru-
dentes ab hoc munere deberent originino ex-
cludi. Vnde Gen. 4. Iosephi ad regem. Virg.
prudentem & sapientem. Scilicet quærat rex
ad tale munus exercendum. folio. 153. co-
lumna. 1.

Et simplices sicut columbe. Ostendit Domini-
nus se merito eligere quos eligit, vel Potius
vult facere tales . Vnde Gen. 25. Fuit Esau
uir uenationis . Iacob uero uir perfectus uel sim-
plex. folio. 112. columna. 1. Columba fellem
non habet. In quo notatur qualis prælato-
rum debeat esse sinceritas. Considera & ex-
pende obsecro in Iacob. & etiam in Ioseph,
& etiam in Ioh simus & simplicitatem, vel
sinceritatem , & ipsorum prudentiam in re-
bus agendis.

E L E N C H V S

D e v i s i t a t i o n e s a n c t i f

s i m æ V i r g i n i s M a r i æ . L u c æ . I .

CV M festinatione Sicut pij, ad opera pietatis festinant, sic impij ad opera impietatis. Sic. Gen. 18. Festinauit Abram. fol. 90. col. 2.

Cum festinatione. Festinat mater, vt cognata salutet, & ei congratuletur, sed magis festinat filius vt Iohannem liberet a peccato. Vix homo factus est, cum festinat vt hominem erigit a peccato. Sic Exod. 25. Precepit Deus. Facies duos Cherubin. folio. 278. column. 1. Iuxta propitiatorium iubet posnere Cherubin, vt ostendat quam sit velox ad miserendum & liberandum hominem a peccato secundum illud Esa. 8. Vocata nomen eius accelera, spolia detrahe, festina prædari.

Cum festinatione. Summe Deus delectatur in his qui summa diligentia faciunt verbum eius Exod. 26. Præcipit Deus. Cherubin opere phrigionico facies. folio. 281. column. 2.

Cum festinatione. Discimus quam iustus & verax sit Deus, qui vrget eum cui debet, vt a se promissa recipiat. Nos vero consuevimus

I N O L E A S T R V M.

mus pauperes ad debita soluenda vrgere. Promiserat Deus multories se hominem a diaboli potestate liberaturum. Hic tanta festinatione, videtur quasi hominem vrgere ut promissum recipiat. Exo. 33. Vade ascende hinc tu. fol. 31. c. 2. De hoc vide in fest. In noc. Nocte consur.

Cum festinatione. Currit ipse Dominus, vt homini auxilietur. Mirum enim valde est, quanta celeritate Dominus auxilio suis sit. De quo dicitur. Deut. 33. Non est sicut Deus o Istr. equitans ccelos in auxilium tui. folio. 647. col. 1. De hoc loquitur Cant. 8. ad sponsum sponsa. Asimilare capreæ, hinnulloque ceruorum: quæ animalia, velocitate præminent.

Cum festinatione. Admirabilis est Deus in omnibus operibus suis. Ad saluandum festinat. Sed cum progeditur ad puniendum, deambulat Gen. 3. Audierunt vocem Dei deambulantis, folio. 25 column. 1. Pedes plumbeos portat. Propter ex Plutar. dij laneos habent pedes. In proble: scribit tyrijs fuisse morem, vt deorum statuis vincula iniicerent. Enigma propterbijs indicans, Deos ad ultionem lente qui dem procedere, sed. tamen aliquando de maleficijs pœnam sumere vel inopinato.

Et intravit in domum Zach. Ut congratularetur scilicet illis. De quo in fest. S. Ioannis. Congratulab.

ELENCHVS

Et ait Maria. Solebant sancti, beneficijs acceptis, se canticis gratos ostendere. Exo. 15.
Tunc cecinerunt Moseh, & filij Isra. Canticum Deum. fol. 230. col. 1.

Et ait Maria. Hinc discant mulieres, suam volabilem compescere linguam. Solum ad laudandum Deum, ait Maria. Hodie nra mulieres vero ad murmurandum, & garriendum. Sic illa Maria soror Moyse. Et locuta est Maria contra Moysem. Num. 12. folio. 462. columna. 2. Laudabat sponsus sponsam. Cant. 4. sicut vitta coccinea labia tua. q. d. vitta obstrusum habes os, coccinea verecundiam notat. quæ ruborem causat. Verecundia mulieris os opperit. Invercundia appetit. Et nulla bene loquitur, quæ prius taceret non nouit. Ut bene loqueretur Esa. 6. Manu Angeli, & sancto igne, eius lingua purificatur.

Recordatus misericordie sue. Cum Deus alicuius de nouo miseretur, eius recordari dicitur. Sic Gen. 8. Dicitur. Et recordatus est Deus Noach. folio. 55. columna. 1. Et recolite cum tibi Dominus de nouo beneficerit, aut de nouo visitauerit, esse tui memorem, & cum Agatha gratias age. folio. 59. columna. 1. Recordatus est Dominus.

Et unde hoc mihi. Expende quo perueniat status coniugatorum ut etiam mulier coniungata

IN OLEASTRVM.
gata prophetet. Vide in vig. S. Iohannis.

De Sancta Maria Magdalena. Lucæ 7.

Rogabat Iesum. Docemur, non expectare, vt pauper eleemosinā, aut hospes hospicium de præcetur, sed potius illum ad hæc inuitare, & precibus quasi cogere. Sic Genes. 18. Ad Angelos quos peregrinos existimat. Si inueni gratiam in octave transseas. folio. 90. columna. 2. Et. 19. Loth. Ecce nunc Domini mei, declinate nunc ad domum seruientis. Expende humilitatis magnæ verba. folio. 93. columna. 2. Et. 24. Ad servum Abrahæ. Ut quid manes foris? folio. 107. columna. 2. Vbi etiam docemur, rogatos in gredi debere in domum proximi. Nam sicut dicitur proverb. 21. Pes fatui, facilis est in dominum proximi, ita cordatus expectat rogari, Et rogatus intrare.

Et in gressus domum. Docentur hic nobiles, non spernere, quæ sibi a subditis hilari animo offeruntur. Gen. 18. Sic facies. folio. 90. col. 2. Et Gen. 8. Odoratus est Dominus odorem quietis. folio. 60. col. 1. Vbi arguuntur nobiles, & magnates qui a ministris oblata non libenter acceptat.

Attulit alabastrum. Non sunt malæ, immo valde bona reliquæ oblationis pro peccato.

ELENCHVS

Numerorum. 19. Accipient pro immundo, de cinere combustionis. folio. 493. col. 2.

Attulit alabastrum. Docentur hic peccatores, nunquam sine munere placatio debe re coram Deo suo apparere. Sic Leuit. 9. Præcipitur. Et minchah conspersum oleo. Et ex pende quæ sequuntur, si hæc fecerint. Quia hodie Dominus conspectus est vobis. Vel appa rebit vobis, folio. 337. columna. 1. Sic hodie Dominus mittis & suavis a Maria conspi ciatur. Et vide textum in fine capit is, quia im molauerunt quæ Dominus præcepit. Con specta est gloria Domini omni populo. Quia scilicet descendit ignis, qui deuorauit holocaustū. Quod fuit signum acceptationis Dei, ibi, in lit.

Attulit alabastrum. Fætent valde vitia nostra Deo nostro. Cui bonis & odoriferis suffitib⁹ occurritur. Exo 29. Suffire facies in altari. Ad lit. fol. 293. co. 2. Et Gen. 8. Et olfecit Dominus odo rem quietis. Ad lit. fo. 58. col. 2. Et Exo. 30. Facies altare suffimenti. fol. 300. col. 1.

Attulit alabastrum. Grauiora sunt peccata diuini, ideo maiori satisfactione opus est, vnde Leuit. 5. Si non attingerit manus eius sufficien tiam peccoris. Soluebat diues pro peccato agnam, offerebat pauper par tur turum. folio. 346. columna. 1. Et quæ sequuntur Vnum pro peccato alterum in holocaustum. Vt vi deas quo egeat remissio peccatorum & maxi me duitum.

IN OLEASTRVM.

ideas quo egeat remissio peccatorum & maxi me duitum.

In domo Simonis leprosi. Quia cognouit, ad hominem inimicum intrasse, hinc argumen tum arripuit, & me lachrymantem, & conuer sam suscipiet. Quærunt enim boni, non solū bona facere, sed tempore suo, & commodo tempore facere. Sic Num. 9. Faciem filij Isr. Pesach in tempore suo. fol. 450. col. 2. Et exper de mulieris optimum argumentum. Si pec catoribus parcit, & mihi etiam, si aliud propter hoc peccatum grauiter puniuit, & me etiam puniet. Vide Hier. 7. Ite ad locum meum in sylo. Inde argumentum vestre pa nitionis capite. Sicut fecit illis, Sic & vobis faciet. E contra in bonis præmiandis.

Effudit. Sunt quæ cum multa præstare pos sient, in necessitate positis, paucis exhibitis, contenti sunt, quos huius mulieris liberalitas arguit. Audi scripturam. Gen. 1. Germinet terra germen herbam semi fi. arborem fructiferā. Vt s. Det omne quod potest, & habet. fol. 13. col. 1. Sed hos quos tam tenacissimos, in pauperes conspicis, liberalissimos videbis ad omnem vanitatem sequendam & conseruandam. Vi de quid fecerit ille populus, vt Deum, vanū sibi faceret. Exo. 32. Et separauerunt se omnis po pulus ab iniuribus aureis. Vide late. fol. 310. col. 1. Sed quod ab istis expeterem est, vt huius mu

E L E N C H V S

mulieris virtutem & prudentiam , ad Deum conuersi imitarentur, quæ sicut fuit liberalissima ad mala, sic nunc est ad bona. Ita ipsi facerent, & illum populum etiam imitarentur, qui si fuit ita liberalis ad Deum vanū cōstitué dum, etiā fuit ad Dei propitiatoriū elaborandū. Ut patet. Exo. 35. Vbi dicitur. Multiplicat populus offerendo ultra sufficientiam. fol. 328. col. 1. Vide Baruc. 4. Sicut enī fuit sensus vester ut erraretis a Deo. Iterū conuertentes requireris eum. Sic Rom. 6. Sicut exhibistis membri

Lachrymis cœpit rigare capillis. Docet nos locus iste omnia nostra debere Deum suo modo colere, oculos, capillos. Quamdo qui dem illorum memor est Dominus. cap. 21. Lucx. capillus de capite vestro non peribit Exo. 10. Cum senibus nostris quia solemnitas Domini est. fol. 213. col. 1.

Lachrymis cœpit rigare. Tristis esse debet omnis peccatorum recordatio maxime corā Domino. Num. 5. Non fundet super ēoleū. f. 440. c. 1.

Lachrymis cœpit rigare. Coeteris epulatibus, ipsa mærcore confecta, lachrymis pedes Domini rigabat. Nullum gaudiū, nulla solēnitatis est homo, in qua non grata sit Dño, mæstitia, & memoria peccatorum. Num. 29. Hircum caprum unum propeccato. fol. 34 col. 1.

Vnxit pedes. Et post aliquot dies caput, sunt multi qui quam primum peccatum reliquerint;

I N O L E A S T R V M.

fint, statim se omnino mūdos arbitrantur param curantes an malus peccatorum odor, ad hoc in eis perseveret. Sic. Num. 15. Dicitur. Si mundatus fuerit fluens afluxu suo numerabit sibi septem dies. fol. 537. col. 1.

Lachrymis cœpit rigare & capillis. Ornamentum, & externam cōpositionem omnino de posuerat, & lachrymis, & cordis contritione, veniam peccatorum querit. Exo. 33. Descende re fac ornatum tuum. Q[uod] oscilicet vitulum adorabas. ut sciam quid faciam tibi. Expende illud ut sciam. Dum te ornaueris, nesciet quomodo de uenia tuorum peccatorum agetur, non erit modus, nec remedium. fol. 316. col. 1.

Capillus suis. Eodem qnd Deus offendisti, eodē te Deus sanat, illud quo usus es ad malū, farmacum erit ad tuam salutem. Serpens qui ante momorderat, idem sanat. Num. 21. Fac tibi ignitum serpentem, & pone eum super perticā. fol. 503. col. 2.

Capillis suis, Illa vult Deus sibi offerti, quæ officina solent esse impietatis unde Exo. 29. præcipitur. Tolles ab ariete adipem cardam. fol. 296. col. 2.

Attulit alab. capillis terfit. Nihil reliquiarum peccati debet remanere apud peccatorem. Sed longe a nobis abiicienda sunt. Sic Leui. 8. Dicitur. Combusit igni extra castra. folio. 314. columna. 2. Sic Iud. sexto. Præcipit Dominus

E L E N C H V S

extra castra. fol. 354 col. 2. Sic Iud. 6. Præcipit Dominus ut destructis omnino aris Baal ei e- dificeretur altare.

Stans retro. Debet peccator faciem Dei ve- reri, postquam peccauit, nec se statim oculis eius ingerere. Sicut filius qui grauiter patre offendit. Quod patet de Absalon post mor- tem Amon, qui faciem patris per multum tempus non vidit. Et expende quibus vſus fit, ut patris clementiam inueniret. 2. Reg. 14. Sic Num. 12. De Maria quæ iubeitur ejici ex- tra castra. Si pater eius spuendo spuisset in faciem eius. fol. 463. col. 2. Et Ieu. 14. Ista est lex leprosi. Vbi aduerte, quantis cœremonijs opus erat, ante quam leprosus ad gregem Domini ad- mitteretur. fol. 374. col. 1.

Hic si esset propheta. Et de Christo male iu- dicat, & de muliere. Sunt homines qui ea fa- cilitate, alios de malo iudicant, ac si quæ in corde eorum sunt eo acumine viderent, quo Deus scrutatur renes & corda. Leu. 13. Clau- dere faciet plagam septem diebus. fol. 370. col. 2. Et quod sequitur. Neque claudere faciet eam. Mirum valde videtur hominem iudicari mu- dum, si totum corpus eius scabie esset infe- stum, non autem si alternatis partibus. Ut ostendat eū difficilius curari & periculosiori morbo laborare, quibonā opera mixta malis habet, quam qui omnia mala habet.

Si

I N O L E A S T R V M.

Si hic esset propheta. Multa quæ mala prima fronte videntur, certis veltita circun- statijs, bona fieri videmus. De quo vide Deu. 21. si egressus fueris ad bellum. tol. 607. col. 2.

Hic si esset propheta. Deberēt hi non de mu- liere murmurare, sed de eius peccato dole- re, & flere. Sic Gen. 44. Inuento scipho in sa- culo Bējamin fratres. Sciderunt uestimenta sua. fol. 159. col. 2. Et Num. 25. Et ipsi flebant ad ostium tabernaculi. fol. 523. col. 1.

Simon habeo tibi aliquid dicere. Docemur ma- iores, ut cum viderint subditū se præcipite in aliquod vitium dari, illum subleuent. Sic Ge. 4. Ad Cayn. Ut quid est ira tibi? fol. 38. col. 1. Admonet ne in malū ruat. Sic etiam Gen. 20. Dominus ad Abimelec. Ecce tu mortuus. fol. 96. col. 2. Et sequitur. Ego prohibui te ne pec- mibi. Sic prohibuit David, ne se vlcisceretur de Nabal. Et Num. 22. Non pergas cum eis neque maledicas populo. fol. 508. col. 2. Et ad disci- pulos. Mat. 26. Quid molelli estis huic mulieri? & Lu. 9. dicentibus vis dicimus & ignis descen- dat de cœlo, & consumat illos? & conuersus increpauit illos dicens, nescius cuius Spiritus es.

Simon habeo tibi aliquid dicere. Docemur iu- uare eos qui nostri gratia, aliquid patiun- tur, Sic Ge. 19. Misserunt uiri manum suam & in- trouixerunt Lot. fol. 94. col. 1.

Simon

E L E N C H V S

Simon habeo tibi. Mirabilis est Christi exquisitas in defendendis imbellibus. Iohā. 8. Adulteram defendit. Hic Mariam, contra oblatratores. Sic Exo. 2. Surrexit Mosch, & seruauit eam. fol. 191. col. 2. Qui Deo suam causam committunt Deum adiutorem habent, & sui defensorem. Vide infesto a sumpt. Martha, Martha.

Simon habeo tibi. Docemur, hic nihil malitia in hominū timere dū, in Dei operibus verasamur. Exo. 34. Non concupiscet uir terram tuam, quando ascendes, ut conspicaris, coram Domino. fol. 323. col. 1. De quo alibi diximus. Vide in fess. confes. Sint lumen. Præcinctus se.

Simon habeo tibi aliquid dicere. Docemur eos defendere, qui ad nos pertinet. Audi quid Dominus dicat per Mich. 6. popule meus, memeto quæso quid cogitauerit contrare Balac, & quid responderit ei Balā, ut cognosceres iusticias Domini. Et Gen. 19. Lotus volebat defendere hospites, qui ad se intrauerant. Ecce mibi sunt duxæ filie uirgines. folio. 94. columnna. 1.

Hæc autem ex quo intravit. Solet Dominus nō solum bona opera laudare sed etiam eius minutissimas circumstantias exaltare nudus fui & cooperuisti me. Math. 23. Et de Iohanne. 11. Quid existis, videre. Sic Gen. 22. Non prohibui filium tuū, unitū tuum ame. fo. 101. col. 22. Et sicut nouit Dominus, opus virtutis, & eius

circum-

I N O L E A S T R V M:

circumstantias extollere, ita circumstantias viatorum nostrorum exaggerare. Exo. 32. Recerse sunt cito denia, fecerunt sibi uitulum. Incuruaerunt se ei, ac immolauerunt dicentes ij sunt dij tui, qui te ascens. fol. 310. col. 2. Et Math. 23. Amatis primos acubitus. Salutationes in foro. Et Num. 7. O latio eius scutela argentea, una. post dus. 310. folio. 446. columnna. 2. Vide fer. 2. 1. Dominicam Quadragesi. Efuriui

Hæc autem. Gaudet Dominus, videre mulier quæ illi offert peccator, etiam si nullius momenti esse videatur. Et similiter multum diligit nos videre mortificatos, & de nobis ipsis pœnam sumere. Sic Leu. 3. Ad ostium Tabernaculi fol. 340. col. 2.

Lachrymis pedes. Ipse Dominus ostendit huius mulieris miram & celebrandam pœnitentiam. Ut nobis innotescat nullum non mouisse lapidem ut veniam impetraret. Sicut Iudas de scipho inuenito. Genesis. 44. Seruus tuus fide iuabit propuero. folio. 160. Columna. 1.

Non cesauit. Benedictus sis Domine, qui sic nostra exageras, vt inā vicim ego tua tā misericordia, sic exaltarem. Num. 21. Ascende puer. folio. 504. col. 2. Et Exo. 13. Infermentata comedent. fol. 223. columnna. 1. Et Exo. 15. Curras Paroh. fol. 230. col. 2.

Quoniam dilexit mulier. Optima sunt quæ post pecca-

E L E N C H V S.

peccatum Dominus largitur. Vide in fe. san*e*t*i* Johanni Euange*s*, sequere me.

Dimissa sunt ei peccata multa. Magna, & in scrutabili*s* sunt iudicia tua Domine. Videbis eum nonnunquam, innumerabilia peccata, peccatori cōdonare. Iustū vero pro vno peccato, & post multos annos grauiter punire. Ti*m*e ergo valde o homo peccata tua. Num. 27. Ad Moy sen Ascende in montem Abarim. fol. 528. column*a*. Et Gen. 2. In die quo comederis. Vbi tam grauiter primi hominis peccatum punit. Et hic tam faciliter tanta condonat. folio. 22. column*a*.

Dimissa sunt ei. Audis hic quod tantū, immo plus valeat opus bonum ad remissionem quā culpa ad damnationem. Vide Domi. 10. De scendit hic.

Dimissi sunt ei peccata multa. Habes hic quid valeat vera contrito & poenitentia ad remissionem. Summa enim appetet Dei clementia Exo. 9. Cum egressus fuero. Etiam falsam poenitentiam tolerat. fol 210. col. 2.

Dimissa sunt ei. Ipsa se peccatricem confitetur, & Dominus iustum nominat, & Pharisaeos conuincit. Vide Domi. 10. Deus propitius.

Dimissa sunt ei pe. Ille vere iustus & mundus iudicandus est, quem Dominus mundum iudicat. Leu. 15. Die octaua sumet duos tur

tures.

I N O L E A S T R V M:

tūres. fol. 377. col. 1.

Conuersus ad mulierem. Non solet Dominus in aeternū seruare iram, sed reuertitur ad poenitentiam nostram. Deu. 30. Reuertetur Dominus ut gaudeat super te. fol. 631. col. 1.

Mulier. Peccatrice in vocauerat euangelista. Res in melius comutatae, indignæ sunt, quæ prioribus nominibus appellantur Gen. i. Vocavit firmamentum cœlum. fol. 13. col. 1. Pharisæi etiam dixerant quia peccatrix est. Sed Dominus mulierem vocat.

Vale in pace. Arguuntur hic nobiles, & magnates, qui suorum munera non libenter acceptant. Gen. 8. Oloratus est Dominus. folio. 60. column*a*.

De sancto Iacobo Math. 20:



Etens aliquid. Quasi parvam petitionem. Comune est ut qui postulat, parva faciat quæ postulat. Ut cito id assequatur. Gen. 19. Loth ad Angelos. Et est parua. fol. 94. col. 2.

Dic ut sedeant. Ipsi per matrem petunt. Mirum valde est, quam oculati sint homines præferti*m* iudici*m*, in uidendis iacturis, & lucris rerum temporalium, & quam solliciti erga hæc fiat. Sic Nu. 36. Et accesserunt principes familiarioris fol. 350. col. 2.

E L E N C H V S

Dic ut sedeant. Solent homines principūm fauore, audatores fieri. Sic & moseh. Exo. 33. Et tu dixisti nomi te ex nomine folio. 316. columnā. 2.

Dic ut sedeant. Vanam sollicitudinem parentum, profilijs ditādis & in dignitatei eleuandis, locus hic depingit. Qui vtinam sanctum Moseh imitarentur. Qui mortem ad oculum vidēs, nō sollicitatur pro filijs, & consanguineis. Sed ad Dominum dicit Num. 27. Preficiat Dominus Deus Spirituū omnis carnis ui- rum. fol. 329. col. 1. Sapiens dese Eccles. 2. De testatus sum omnem industriam meam, qua sub sole studiosissime laborauit, habiturus h̄ redem post me quem ignoro. Et Gene. 27. Isaac ad Esau. Vides quod senui, & dicem mortis ignorē. Expende quod in hora mortis solū de ditando filio cogitat. fol. 117. col. 1.

Dic ut sedeant. Pessima res est ambitio, quæ semper aliorum dignitates & præfecturas desiderat, sua nunquam cōtentus. At fœlix ille qui libenter omnibus maioribus obedit & sua contentus est dignitate. Num. 2. Fecerunt filij Isr. secundum omnia quæ præceperat Dominus. fol. 431. col. 1.

Dic ut sedeat. Disce quam periculosa res præfectura sit, quæ non solum extraneos, sed amicissimos, & etiam fratres, inse prouocare videtur, audierant primatū dari petro. Num.

12. Et

IN S O L E A S T R U M.

12. Et locuta est miris, & Aaron contra Moseh. fol. 462. col. 2. Alibi de hoc late.

Dic ut sedeant. Solent ambitiosi pro nihil reputare quæ habent, cuncta quæ sunt aliorum, sibi maiora, & meliora videntur, licet non sint. Num. 16. Nunquid parum uobis est, quod separare fecit Deus Isr. uos? Scilicet vos constituedo leuitas? fol. 482. col. 1.

Dic ut sedeant. Ambitiosi, & stulti homines dignitates summa diligentia requirunt. Sed cordati homines quas habent, a se abijcere desiderant. Sed multos videbis senio confectos & prælaturam minime exercere valentes, & tamen nolunt onus de ponere Deu. 31. Moyses dese dicit. Filius centum uiginti annorum. sm. fol. 632. col. 1.

Vnus ad dexte. Vide hominis genium, nihil facere quæ illi contuleris nisi ea dederis, quæ ipse desiderat. Gen. 15. Domine Deus quid das mihi? fol. 82. col. 1. Et Num. 16. Etiam non ad te fluentem. fol. 472. col. 1.

Nescitis quid petatis. Solet homo sapientius sibi nocitura a Deo petere sed pius pater illa misericorditer negat, vnde Dominus loquitur ad Moysem petentem ostende mihi faciem tuam. Exodi. trigesimo tertio. Dicit. Non poteris uidere faciem meam. Nam vt ibi dicitur non videbit me homo & viuet, fol. 317. columnā. 2.

V. 2

Nesci

E L E N C H V S

Nescitis quid petatis. Solet Dominus prælatis ea negare quæ ad se pertinēt. Deu. 3. Petebat Moyses ingressum ad terram. Et pertransiuit Dominus me, neque exaudiuit. fol. 562, col. 1. Et se quitur. Multū tibi, ne a dās ut loquaris amplius ad me de re hac. Quæ verba sunt in ultum expendenda.

Nescitis quid petatis. Non debet prælatus suis subditis cōniuere cum viderit eos iniqua appetere, aut quæ sibi sunt nocitura. Deu. 1. Plas- cuit in oc. meis res. fo. 555, col. 2.

Potestis bibere calicem? Socordiam parentum erga filios locus hic depingit, qui prius parant hæreditatem, quam doctrinam, Dominus ve- ro prius doctrinam quam hæreditatem. Exo. 13. Circunduxit populu per desertum. folio. 223, co- luma 2.

Calicem meum bibetis. Cum apostolatu calicem tribuit, fauores ad labores perferendos in euangelij prædicatione concedit. De hoc vide in festo Sancti Iohann. Euangelistæ se quære mei.

Possimus. Dulce bellum inexpertis. facili- mun est, legem, & præceptorum & votorum obseruantiam, polliceri, sed difficile præstare. Exo. 19. Omne quod locutus est Dominus faciemus. fol. 243, col. 2.

Possimus. Expende obsecro quid possit am- bitio, omnia diffringit, facilia facit, dum mo- do id

I N O L E A S T R V M.

do id assequatur quod intendit, nunquam in ore ambitiosi & si plures dignitatis illi con- ferantur, audies, non possum, sed possum, audi Mosem cum Domino conquarentem. Non possum ego solus ferre uniuersum populum huc Num. 11. fol. 462, col. 2.

Possimus. Licet gratissimū apud Deum sit, vota promissa adimplere, etiā solū promissio, valde illi placet. 2. Reg. 7. Solum voluntatem habuit David templi ædificandi. Et vide ibi quam gratus sit Dominus. Num. 21. Vouit Isr. uotum Domino. Si tradideris po, istum pro solo voto datur illis impiorum possessio, fol. 503, col. 2. Et Exo. 24. Ascendit Moses & Aaron & seniores Isr. Viderunt Deum. Post promissio- nem scilicet. Si eos qui solum legem se factu- ros promittunt sic Deus exaltat, vt dignos sua faciat visione, quid facturum putas eis, qui quæ promiserunt opere compleuerint? fol. 270, col. 1. Promittunt Iohannes & Ia- cobus & dicunt, & possumus, & calicem bibe- mus, & deducit eos Dominus in montem vt ibi Domini Gloriam videant, & promissio- nis præmium accipiant. De quo latius alibi.

Non est meum dare, sed quibus pa. Admirabilis valde est sapientia, & prudentia tua Domine, ne solos ad tantum munus se electos puta- rent dicit nescitis, non est meū da. Sic. Num. 1. Ad Moseh & Aaron. Voliscum erunt fin-

E L E N C H V S

gali uiri pro tribus. fol. 429. col. 2.

Calicem quidem meum bib. Ecce quid patrit excellentiae appetitus nempe deiectionis, & qui supra se sine Deo extollitur, infra se deiecitur. Gen. 3 Ad serpentem. Super ueretrem tuum gradieris. Quia voluit esse ut homo, bestijs factus est inferior. Veluerat hi prima tum, & datus est illis calix amarus. folio. 29. column. 2.

Sed quibus paratum est. Et si Deum ut nobis reconcilietur facile lachrymis mutare possimus; non tamen lachrymis nostris, nec nostris petitionibus, consuevit aternas dispositiones disipare. Sic. Gene. 27. Licet Esau, benedictionem lachrymis peteret, nihil profuit. Amaritudine affectus est. folio. 117. column. 1.

De transfiguratione Domini. Matth. 17.

Asumpsit Petrum & Iohann. Nullum discrimen est, si in beneficijs alium alio præponas, pro amore & merito; Gen. 45. Beniamin dedit 30. Argenteos. folio. 165. column. 1.

Transfiguratus est ante eos. Aduerte Deum in

I N O L E A S T R V M.

in hac vita, non satiare suos, sed bonis alonge ostensis desiderium excitare. Sic Deu. 3. Dominus ad Moseh. Multum tibi, ne addas ut loquaris ad me amplius de re hac. fol. 562. colum. 2. Et Genes. 13. Leua nunc oculos tuos. folio. 76. colum. 1.

Petrum & Iohannem. Ostendit locus iste, quam oculare principes, & hi qui seruos habent, debeant ostendere alicui suam dilectionem, & quam occulte, ne scilicet alios ad inviadim prouocent. Gen. 4. Respxit Dominus ad Abel. Et admunera eius. folio. 37. col. 2. Et c. 13. Dixit Dominus ad Abraham, postquam separauit se ab eo Loth. fol. 76. col. 1. Et Exo. 24. Ascendit Moses in montem, & operuit nubes montem. fol. 270. col. 2. Quia hoc non fecerat Iud. 8. Gedeon volebant eum viri Efraim occidere. Sed multoties, Deus defectu honoris, inuidentia punit. Vide ibi in loco Gen. 4.

In montem excelsum. Quid facitis filij Adam vanissimum genus, quæretes populi frequentiam ac populosas vrbes, ad ostendendam gloriam, ac diuitias velras? Sic Exo. 34. Cum voleuit gloriam suam ostendere Moysi, ait ad illum Vir non ascendet tecum, neque uideatur neque iumentum pascatur e regione montis. fol. 321. col. 2. Et Exo. 26. Fundes eis quinque bases areas. fol. 282. col. 1. Et Gen. 45. Educite omnem uirum a me. fol. 161. col. 2.

E L E N C H V S

Transfiguratus est ante eos . Ut admoneat, quam velit Deus nos eius dona speculari & contemplari, Vnde. 2. Reg. 7. quia viderat Dā uidem non curasse sibi beneficia collata, ea cōmemorat, & enumerat, ego inquit te tuli, & turgio eum item post ques. Gen. 13 ad Abraham Leua nunc oculos tuos. fol. 76. col. 1.

Transfiguratus est ante eos. Considera hic quid lucri si apud Deum esse, ut luce digna, terra pa inhabitatio perfundatur, si cum domino solus habitauerit. Exo. 34. Non cognouit quod resplenduissest cutis faciei eius. folio. 323. columna. 1.

Loquebantur de excessu. Optime dixerat scriptura Ecclesiast. 11. In die honorum non immemor sis malorum. Pulchre nos admonet locus iste , cum te videris eleuatum , tunc te recorderis moriturum. Et contra faciunt vassalli filii hominum,cum deberent de fine, & de suis peccatis penitentiam agere, tunc gloriam inquirunt. Gen. 3. Ad huc Dominus in ore habebat. Maledicta terra propter te. Et Adam solicitatur de gloria mulieris. Vocavit nomen uxoris sue Chauah. Ea quia esset mater cunctorum uiuentium. Quam iustius vocaret mater cunctorum morientium. folio. 30. column. 1.

Loquebantur de excessu. Considera quam sapienter , & quam utiliter doceat Dominus,

I N O L E A S T R V M.

temperare gaudium boni successus. Cum eos iam introduceret in terram. Deut. 9. Dicit, Memento quod irasci fecisti Dominum. folio. 381. col. 1.

Loquebantur de excessu. Pulchre nos admonet, quam vana & futilis sit omnis huius mundi gloria, quandoquidem finem habet horribilis mortem , & omnibus formidabilem, & in super hoc. Quod quam citissime transit. Gen. 3. Vix homo vult scientiam Dei habere cum audit. Puluis es, & impuluerem reuertaris. Proverb. flos cinis . Dicitur in fugacitatem humanæ gloriæ.

Bonum est nos hic esse. Vbi sunt condiscipuli tui, o beatissime Petre? Sic oblitus es illorum? Et quid dico illorum immo totius mundi obliuiscetur Petrus. Vide hominum ingenium, cum se videt in sublimitate positos, omnium obliuiscuntur. Sicut Gen. 40. Ille pincerna, collocatus in tanto honore, incarcernatus Ioseph & sui interpretis, est obesus. Sicut memor fuisti me tecum. fol. 149. col. 2.

Si uis faciamus hic, Quæ sua sunt querit, quod summe indecens est prælato, qui aliorū totus est, & non suus, ideo dicitur nesciebat quid diceret. Sic filijs Zebedej respōsum est, nescitis quid petatis. Petro nihil responderet, nulla response erat digna talis petitio. Sic ad Moysēm qui terræ ingressum petebat ad

E L E N C H V S

non audit Deu.3. Multum tibi. Vide infest. S; Iac. nescitis quid petatis.

Nesciebat quid dicceret. Excusat scriptura de factus, & peccata sanctorum quoad potest; Gen.38. De Iuda. Non nouerat quod Nurus esset quasi dicat. Si nosset non faceret. fol. 146. column. 1. Et ipse Dominus. Gentile etiam excusat. Gen.20. Etiam ego noui, quod in perfectione cordis tui. fol. 96. col. 2.

Ceciderunt in facies suas. Ne scilicet amplius illam gloriam cernerent ne euanescent, quod patet in Petro qui iam dicebat, bonum est. Solet enim homo etiam iustus ex diuinis favotibus in sole scere; ideo ad mensuram sibi cuncta sunt ostendenda, & praestanda. Sic Exo.24. Ascendit Moses in montem, & operuit nubes montem. fol. 270. col. 2.

Nemini dixeritis. Sunt maxime celanda Domini secreta. Sic Exo. 4. Moses ad socerum solum dicit, Vadam nunc, & reuertar. folio. 198. column. 1. Math.12. Dominus multos curat, & præcipit illis, ne illum manifestum facerent. Et virgo sanctissima, nec spôso secreta mysteria patefecit. Usque dum ab Angelo audit.

Nemini dixeritis. Haec expendant obsecro, vanum genit filiorum Adam. Qui inflata bucca prædicant, & volunt ab omnibus prædicari, dona que habent, aut potius se habere putant, & doleant multum si non viderint prædicari.

I N O L E A S T R V M.

cari. Sanctus Moses. Exo. 34. Nec nouerat quod radias set facies eius, & cum hoc nouit, velamine faciem operit, ne a populo eius claritas conspiciatur. Non cognovit quod resplendens set cutis faciei eius. fol. 323. col. 1. Et Gen. 40. Joseph ad pincernam Quia furto auferendo, furto ablatus sum. Vbi vides, quod nullum secretum reuelat, non somnia stellarum, & manipulorum, non quod (eo quod a patre plus. cæteris amaretur,) venditus sit a fratribus. Non suam castitatem prodit, sed solum quia furto sublatus sum. fol. 149. col. 2.

D e s a n c t i s s i m o L a u-

rentio. Iohann. 12.



V L T V M fructum affert. Quos vult Dominus nouos homines facere, laboribus & aelrumnis præmit, & igne aduertit, & purificat. Deut. 4. Ediduxit nos ex fornae ferrea, ex Aegipto. folio. 566. column. 1. Et Eze. 37. Ecce ego aperiam tumulos vestros, & educam vos de sepulchris vestris populus meus, & inducam vos in te. Isr. dabo scilicet nouum spiritum, ut ibi dicitur de ossibus aridis.

Multum

ELENCHVS

Multum fructum affert Laboribus, & afflictionibus crescunt sancti, & fructificantur. Gen. 49. Filius fructificans Ioseph. Filius fructificans super fontem. folio 174. col. 1. Et EXO. 1. Mortuus est Ioseph & filii Isr. creuerunt. Mortuus est Dominus, & filii Ecclesiae creuerunt in immensum. folio 188. Sic Esa. 53. Generationem eius quis enarrabit? Et addit huius multiplicationis causam. Quia abscessus est de terra viuentium. Quia scilicet mortuus est per manus inimicorum. Et ibi. De Christo, & uno quoque iusto. Proeo quod laboravit anima eius videbit, & saturabitur. Quæ emphasis habet. Unde Iohannis. 3. cap. 1. Maiorem horum non habeo gratiam, quam ut videam filios charissimos in veritate ambulare. Et Psal. 71. Erit pugillus frumenti in terra super exsilietur super Libanum fructus eius Apoc. 7. Iusti sunt qui venerunt ex magna tribulatione.

Qui amat animam suam. Ide est vitam sensuale. Perdet animam. Docet locus iste falli eos qui vitam deliciis plenam amplectuntur, solum quæ videntur considerantes, & non finem. Gen. 13. Lotus tanquam iuvenis & inexpertus. Vedit omnem planitiem Iarden. Solum delectabilem elegit terram, sed vitijs & malis plenam. fol. 76. col. 1. Sic Ecclesiastici. 18. Si præstiteris animæ tue concupiscentias eius, faciet te in gaudium inimicis tuis quasi dicat per-

IN OLEASTRVM. perditionem acquires.

Qui amat animam perdet. Summe odit Deus sequentes vitam sensualem, & viuentes secundum carnem, his manet mors & interitus. Romi. 8. Si secundum carnem vixeritis, morietimi. Gen. 6. Non litigabit spiritus meus cum homine, cum quo etiam ipsam carnem. Deus enim Spiritus est, & caro illi contraria. Et carnis via diluvio puniuit. Vide etiam in lito. folio. 43. col. 2. Aboret enim Deus a carnis immunita, ita, ut spiritus eius semper litiget cum ea, & cupiat eam punire. fol. 48. col. 1. Vide quod sequitur. Erunt dies. Perdet eam.

Qui amat perdet. Qui temporalem non vult amittere, ut æternam perdat necesse est. Gen. 19. Locutus est ad generos, & fuit sicut ludens in oculorum. Deludunt enim impij huius modi combinationes, & ne terram perdant, & deliciosa Sodomam, & vitam, & animam perdunt. Et tu perdes, si vitam deliciosa amaveris. fol. 94. col. 1. Solum quia vxor Loti Sodomam respexit periret. Unde Proverb. Lotium gustare. Dicitur in eos qui deliciis gustatis patriæ obliuiscuntur.

Qui amat animam. Detestantur homines dum astringentem, & prohibentem, sequuntur liberiorem, qui gaudia, & ludos, & vita permittat, dux mundanorum est caro, quæ dulcia, & suavia suis sequacibus permittit. Vnde de

E L E N C H V S

de consulit spiritus sanctus Eccles. 18. Post concupiscentias tuas, ne eas. Tanquam si se quaris ducem. Facient enim te in gaudium ini-
mici tuis. Exo. 32. Deum elegit populus. In cuius honore, & sequella. Sed et populus ut mandu-
caret & biberet, & surrexerunt ludere. folio. 310.
col. 2.

Qui odit animam suam. In uitam aeternam. Etsi difficultima sint quæ Dominus cōsulit & præ-
cipit, ad implēda tamē sunt, quoniā magnā a
Domino habent remunerationem. Gen. 22.
Tolle filium tuum unicum, quem diligis. folio.
101. col. 1. Et ca. 12. *Vade tibi e terra tua.* fol. 47.
col. 1.

Qui odit animam suam. Idest appetitum in or-
dinatum. Præcipiebat Dominus Gen. 9. Et
Leu. 17. & 19. Carnē nō comedere vlo modo
cū sanguine, quia sicut vitain sanguine cōsi-
stit, vt dicitur Leu. 17. Sic carnis vita in suo
appetitu cōsistit. Quem si odias tolles, si tollis
carnalem vitam abscindes.

Qui odit animam suam. In vitam aeternam. Quæ
cunq; dura & molesta ferēda sunt, ob quietē,
maxime aeternā. Gen. 4. De Isachar. Vedit re-
quiem quod esset bona. Posuit humeros ad por-
tandum. Et factus est tributis serviens. Propter
tale præmiū quid nō est ferendū? fol. 175. co. 2.

Qui odit animam suam. In vitam aeternam. Ostē-
dit pulchre locus ste non solum nihil iactu-

I N O L E A S T R V M.

ræ esse perdere propter Deum, sed lucrosū
valde. Proverb. 12. Dicitur qui negligit da-
num propter amicū fidelis est, quid erit pro-
pter Deum? Sunt multi qui se putant perde-
re, quod sibi propter Deū auferunt. Leu. 19.
vt addere faciat uobis fructum, fol. 394. col. 1.
Et Deu. 15. Cave tibi ne sit quippiā in corde tuo.
Cum in pietate. Pulchre docet qualiter cū Deo
perdere debet. Sunt multi qui docent homi-
nem lucrari, sed rari, qui doceant perdere cū
Deo, quod est maximū lucrū. fol. 593. col. 2.

Qui odit animam suam, in uitam aeternam. Doce-
mur fugienda esse pericula, sed vt nos vel no-
stra meliora liberemus, si possimus viliora
præmittamus, quæ pro uobis periculum fa-
ciant. Gen. 8. Sic Noe. Missit coruum. Post ve-
to columbā, ante se, fol. 19. c. 2. Sic Gen. 32. Fe-
cit Iacob, præmittit Liā cū suis. In postre
mis posuit Rachelem quam uice diligebat.
Magna hoc facere est prudentia.

Qui odit animam suam in uitā aeternā. Expen-
de hic, quid lucri sit aut perdere, aut peri-
culo aliquid propter Deū exponere, & quā
optime Deus nobiscum commutet. Gen.
12. *Vade tibi e terra tua.* fol. 74 col. 1. Thobias
periculo vt suos sepeliret, vitam exposuit,
& vide obsecro, quanta bona propter hoc
a Deo accepit. Substantiam suam paupe-
ribus dedit. Et illā Deus tantopere multipli-
cauit.

E L E N C H V S

cauit. Visum propter Deum amissit, & visum tanto gaudio recepit.

Qui odit animam suam. In uit. Docet nos locus iste; nostris cupiditatibus ingenue resistere, & carnis concupiscentijs non succumbere Gen. 12. Mirum est quam viriliter bonus princeps suis cupiditatibus resistit. ut quid non indicasti mihi quod uxor tua? fol. 75. col. 1.

Quodlit animam suam. Docet locus iste quanto odio sit prosequendus qui nos ad peccatum inducit, sit pater, vel mater &c. Sit propria causa. Vide Gen. 3. Dominus ad serpentem: Inimicitias ponam inter te. Ut scilicet sit bellum intestinum inter carnem, & spiritum. fol. 30. col. 1. & Gen. 6. Non litigabit spiritus meus cum homine. fol. 43. col. 1.

Qui mihi ministrat me sequatur. Habent hoc bonum illi qui ambulant vias mandatorum Domini. Ut scilicet Deus ipse qui eos in via dirigit querat illis requiem. Num. 10. Arca Domini proficiscetur, ante eos uia trium dierum, ad explorandum illis requiem. fol. 43. col. 2.

Qui mihi ministrat me sequatur Solent servi Dominos suos præcedere in via, & explorare, & parare illis hospitia hic vero vides Deum, servis hospitia ac quiete querere. Sic Deut. 1. Precedebat uos in via ad explorandum uobis locum fol. 55. col. 2. Vide in fest. confess. præcinget;

IN OLEASTRVM.

De Assumptione san-

ctissimæ Virginis Mariæ.

Lucæ. 10:



X C E P I T Illum. Libenter Dominum cum suis recipiebat. Et ipsum rogabat, & quasi cogebat ut faciebat Abramham. De quo videlicet in festo Magdalene, Rogabat Iesum.

Excepit illum. Dixerat suis nolite portare saculum, neque peram, statim ostendit exemplo, quomodo illis parabit hunc spitem. Cum enim iustus ad perfendos labores mittit, statim parat qui leuiter eos excipiant. De Ioseph vendito. Gen. 39. Emit eum Potiphar principis. Aut custos Parabol. folio. 147. col. 1. Sanctus Ambrosius. De fulica aue dicit: Pullos aquila e nido deiectos reverenda clementia cum pullis suis pascit, ac nutrit. Hominibus rationalibus exemplum praebens, quanta debeant erga peregrinos, & pauperes, & tribulatos, pietate moueri.

Excepit illum Dominum excipere meruit, quæ pauperes, & peregrinos excipere consuevit. Sic Gen. 18. Angelos Abraham receperunt.

Ecce tres uiri stabant iuxta eum. folio. 90:

E L E N C H V S

columna. 1. Et forte sicut aliqui dicunt ipsum etiam Dominum Angelorum recepit, nam dicitur ibi cum tres vidiisset quod singulariter loquebatur, si inueni gratiam in oculis tuis.

Excepit illum. Sicut homini assueto peccatis, diabolus semper peccandi occasionem offert. Ita volenti facere bonum, Deus materiam obiicit. Ibidem.

Excepit illum. Ut hinc ediscas, & Domini paupertatem. Qui non habebat ubi caput reclinaret. Et Domini peregrinationem, qui in castello a Martha recipitur. Gen. 47. Dicebat Jacob. Dies annorum peregrinationis mea. folio. 163. c. 2. Mali vero. hic volunt habere ciuitates permanentes. Vnde Cayn primus eorum. Gen. 4. Primam aedificauit ciuitatem. Et Gen. 11. Alij eiusdem genij, dicebant se inuitantes. Venite aedificemus ciuitatem. fol. 71. col. 2.

Excepit illum. Quem illum? Dominum prophetarum & Angelorum. Recepit Abrahā Angelos. Gen. 18. & Loth. 19. Vidua Sareptana. 3. Reg. 17. Heliam. Sunamitis. 4. Reg. 4. Heliensem. Sed ista Dominum.

Secus pedes Domini audiebat uerbum illius. Optime nos docet locus iste verba & mysteria Dei audienda esse summa humilitate, & reverentia & non perfuntorie. Sic ad Moysen dictum est a Domino; Solue calceamentum

I N O L E A S T R V M:

dum de ped. Exo. 3. Ipse dicebat. Videbo misericordiam tuam. sed adamassim scire quid hoc sit. folio. 194. columna. 2. Vnde Pythag. Dicebat adoraturi sedeant, quasi dicat, oportet eos qui sacris intendunt, non obiter, ac velut aliud agentes, hoc facere, sed vacuos ac totos rei diuinæ esse intentos oportet, ideo sedebat Maria. Et quantum ad reverentiam. Dicitur secus pedes illius.

Maria sedebat Martha min. Maria optime Domini conditionem calebat, qui magis animum volebat, quam cibum. Debent fieri filii Dei scire, in quibus Deus magis delectatur, & ea velle sequi. Genes. 27. Isaac. Ad Esau. Fac mihi cibos quemadmodum dilexi. Et Rebecca ad Jacob. Quemadmodum dilexit, folio. 117. col. 1.

Maria sedebat. Etsi serui in omnibus quo ad possunt, debeant Dominum suum referre, in his tamen præcipue, quæ ipse maxime diligit, & in eo potiora sunt. Leu. 19. Sancti critis, quoniam ego sanctus sum Dominus Deus noster. folio. 392. col. 1.

Sedebat secus pedem. Martha autem. Habent passus & negotium, utilitates suas, nec despiciendus est negotiator, nec qui piu se statur oritur. Deu. 33. Letare Zebulon dum egredieris, & Isachar in tabernaculis tuis, fol. 646. col. 2.

E L E N C H V S

Sedebat secus pc. Docet locus iste. Illud munus esse lubeundum quo melius possumus summo Deo ministrare, & quo securiori conscientia viuere. Gen.4. Erat Abel p̄stor ouium. fol.37.col.2.

Reliquit me solam ministrare. Qui principibus ministrant, societatem abhorrent, nolentes confortium habere, & si detur, ægre ferūt. Non sic serui Dei. Exo. 4. Non ne Aaron frater tuū noui quod loquendo loquetur? fol.197. column.2. Et Num.11. Non possum ex o solo ferre populum hunc. Vbi sunt pr̄lati, qui nunquam sub onere gemunt? qui quotidie onera multiplicant? folio.462 column.2. & ibi. Congregā m̄hi 70 uiros. Considera Deum permisisse, Moseh ad has angustias peruenire, vt sciret, & diceret vltra vires esse negotium. Quod nunquam hodie onusti officijs, & beneficijs dicunt, Martha Deus de socia non prouidet, quia solum curabat quæ ad corpus. Et Exo. 31. Dedi secum Aboliab. Non indignatur ne que ægre fert, Besalel alterius socij confortium. fol.303.col.2. Molestissime tulit Aman, Mardochēum sublimatum videre, & in gloria coæqualem sibi fieri. Et Deu.1. Quomodo solum feram? fol.555.co.1. Et Deu.18. Si uenerit leuita. fol.600.col.2.

Domine non est tibi curæ. Pulchre nos admonet, ne maiores permittant mala impotentibus

I N O L E A S T R V M.

bus inferri. Vnde dicitur Gen. 16. Oppressio mea superte. Sciant(inquā) maiores se poenas datus propter mala infirmis illata. Similiter illi cuius fauore freti mali, mala perpetra re non timent. fol.85.col.1.

Martha Martha. Maria pro se non respondebat, sed suam causam Dño cōmittit, Vnde Psal. Judica Domine causam meā defensor animæ meæ. Timēdum valde est cum eo contendere, qui causam suam prosequi nolens, eam diuinæ iustitiae derelinquit. Gen. 16. Iudicet Dominus inter me & te. Dicebat Sara ad Abraham. fol 85.col.1. Et Gen.39. Adduxit nobis uirum Hebreum. fol.147.col.2.

Martha, Martha. Nominis proprio vocat. Magni fit apud principes, si suos per nomina nouerit. Exo.31. Vide uocauit ex nomine Besalel. fol. 303. col.2. Et etiam vt attentam reddat vocat vt fecit cum Samuele. Vocans illum . Samuel, Samuel, I. Reg.2.

Vnum est necessarium. Scilicet ministrum, ad hoc opus peragendum; quod utinam hodie principes aduerterent, illi qui volunt, ad quodlibet munus, suum habere distinctum ministrum. Exod. 31. Solum vnum ministrum Dominus eligit, ad omnia opera facienda De tribu Iehuda. folio. & column. ibi. Sed ad spiritualia vt dicebamus socios adhibet. Vnde Num.1. Vobiscum erunt singuli

ELENCHVS

Si uiri. folio. 419. columna. 2.

Solicita es & turb. Ecce multorum principum conditiosem, qui non reputant bona, sed mala ministeria, si in his quibus ipsi non afficiuntur, ministraveris. Num. 24. Nunc surge tibi ad locum tuum. fol. 519. col. 2.

Solicita es. Maria opt. Optime hic de pingitur quam bene principes multi opera solvant illis, qui eis in suis cupiditatibus deseruunt, & melius quam his qui communitate, in bello, aut in alijs quæ sunt communatis. Sic Rex. Gen. 12. *Ipsi Abraham beneficis propteream.* fol. 75. col. 1.

Dic ut me adiuuet. Vult & petit ad iutrem. Sunt multi qui per se ippos, multa facere volunt, nec alios sinere volunt, ministeria deputata sibi operari. Gene. 8. Dominus qui omnia per se facere poterat. Transire fecit Deus uentum super terram. folio. 59. col. 2. Et idem habetur Gen. 1. Et spiritus Dei suscitabat super fac. folio. 5. columna. 2. Et Exo. 10. In duco cras locustam. Quod perle facere poterat. folio. 211. columna. 2. Et cap. 14. Abire fecit Dominus mare. Vento orientali forti. folio. 226. column. 1. Et cap. 18. Et uidit Sacer Moseh. fol. 240. column. 2.

De sancto Bartholomeo Apostolo.

Lucæ. 9.

Exiit

IN OLEASTRVM.

 *Xixi in morte orare. Optimū refugii, in tribulatione ad orationem recurrere. Sic Gen. 32. fecit Iacob. Qui dicebat. Cum Esau veniret contra eum. Deus patris mei Abraham. fol. 130. colu. 1. Et Exo. 17. Moseh ad Iosue. Pugna cum Amalec, ego stabo in uertice collis. fol. 236. col. 2.*

Exiit in monte orare. Cū vellet Apostolos in mundū mittere, ad ipsum debellādū, ipse orat. Sic ibi dicit Moseh. Pugna cū Hamelec, ego stabo in ue. montis. Optima præparatio ad tale bellum.

Cū dies factus esset. Volebat Apostolos eligere, & diē expectat. Quo nos docet, publicā de bere esse electionē, Saulin medio populi est electus. Num. 11. Congregamibi. 70. Viros, seniores, ribus Isr. f. 462. c. 2. Abhorret Dñs ab electionibus quæ occulte & quasi in nocte & in angulis fiūt.

Elegit duodecim ex ipsis. Aduerte ex quib^o Apostolos eligat, nēpe ex suis, in sua schola adulatis, & enutritis. Sic Exo. 28. Filios Aarō eligit, cum ipso enutritos, & doctrina eius imbutos. E medio filiorū Isr. fol 291. col. 1. Vnde David dicebat Psalm. 115. Ego seruus tuus & filius ancillæ tuae.

Quos Apostolos nominavit. Apostolus est missus. Christus dicebatur missus. Nō sum missus nisi ad oues quæ perierūt do. Ist. Gen. 49.

X 4

Do-

E L E N C H V S

donec veniat qui mittendus est. Exp̄ede quo
honore suos honoret & exaltet, nempe illis
proprium nomen acc̄ōmodādo. Quis vñquā
rex sic suos honorauit? Genes. 41. Parhoh Io
seph in inimēsum exaltat, sed addit vno tā
tum solo te p̄cedam. Sed Dominus suis
& propriū nomen communicat. Vnde. Exo.
23. Loquendo de angelo duce Dominus dicit.
Et erit nomen meum in illo. folio. 262. col. 2. Ecce
ego mitto, & ad Mosem, Exo. 4. Tu eris ei
pro Deo. fol. 197. col. 2. Et. cap. 7. Dedit Deum
Parhoh. Dij etiam in scriptura appellantur. Sūt
etiam legati a latere. 2. Cor. 5. Pro Christo le-
gatione fungimur. Tanquā Deo per nos ex-
hortante. Dei munus agimus, & ipsius vice
gerimus. *Quos* Ap̄stolos nominauit. Magnum est
a Deo proprio nomine nominari. Vide in
die Asumpt. Martha Martha.

Elegit duodecim. Onera ducis esse distribuēda;
Vide in codē festo. Dic ut me adiuuet. Et in
fest. Euāgel. designauit.

Vocauit Ap̄stolos. Ne vñusquisque se solum
electum cogitaret ipsos vocat, & nominat
quos elit. Sic. Num. 1. Vobiscum erunt sin-
guli uiri per tribus. fol. 429. col. 2.

Quos Ap̄st. Simonem. Admetet qualiter de-
beat Ecclesia scire, & cognoscere illos, qui si
bi in ministros a Deo dantur. Sic Leu. 8. Pr̄
cipitur. Omne cōgregationem congrega. f. 355. c. 2.

Simone

I N O L E A S T R V M.

Symonem. Constat pr̄stantiora esse in prin-
cipio locanda cum multa numerari cōtingit.
Sic Leu. 23. Die septima sabbatum requieci est. fol.
409. col. 1.

Petrum. Amabilis res est ordo, vt vnaquæ
que res suo loco consistat, & a principio mū-
di primus locus primogenito debitus est. Pe-
trus inter apostolos primogenitus est. Sic
Gen. 43. Primogenitus iuxta primogenitaram suā
Admensam scilicet Ioseph sedet. fol. 158. co. 1.
Sic Petrus iuxta primogenitaram suā ad
Christi mensam sedet. Est primogenitus sci-
licet in dei Ecclesia primus & p̄cipiuſ in
dignitate.

In festo sanctissimi P.

nostri Augustini episcopi, & ec-
clesiae Doctoris eximij.

Matthei. 5.

O s eſtis ſal terra. Pulchre lo-
cus iſte docet, ſūme neceſſa-
riam eſte p̄xlatiſ, & ſapien-
tiā, & diſcretiōnē, admu-
nuſ ſuum debite exercen-
dum; ideoque dicit vos eſtis
ipsa ſal in abſtracto. Vnde Leu. 2. Pr̄cipitur.

X 5

Omne

E L E N C H V S

Omne munus minchab tui sale salies. fo. 337. c. 2.
quod certe videtur exprimere & docere illud 1. Esd. 7. Vbi præcipit Rex quod detur Eisdix. vsque ad argenti talenta centum, & vsque ad vini bathos centum, & usque ad bathos olei centum, sal uero absque mensura. Ex pende quod omnia sacerdoti admensurâ dantur, sal vero absque mensura, ut sciat sibi necessariam in omnibus absque mensura & sapientia, & discretionem. Et Ezech. 43. Loquitur de hoc præcepto Domini Leu. 2. Offeres vitulum & arietem. Et mittent sacerdotes super eos sal, nullum enim sacrificium, quantumcunque sanctum, & in maculatum sit. Deo placet, si non sale discretionis sic resperfum. Tunc enim offerent eos (scilicet vitulum in maculatura & arietem in mac.) In holocaustum Domino. Et Mar. 9. Omnis victima sale salietur. q. d. Si absque discretione erit oblatio ipsam Dominus non acceptabit.

Vos estis sal terra. Pulchredocet sacerdotum munus esse, homines ad seruandum cum Deo fedus docere debere, & cogere. Nomine enim salis fœdus & pactum intelligitur in scriptura, vnde vocat sacerdotes, ipsum fœdus inter Deum, & homines. Quorum scilicet munus est fœdus inter Deum & homines firmum facere Sic ibi in loco Leu. fo-

I N O L E A S T R V M.

lio. loco, & col. citatis.

Vos estis sal, uos estis lux mundi. Sal & lux, plus alijs, quā sibi deseruiunt, & omnibus æqualiter. Vide inf. Assumpt. v. reliquit me. Et in se, sancti Martini.

Vos estis sal terre, uos estis lux mundi. Non solum sunt salis, sed ipse etiam sal, quo alij saliuntur. Neque solum illuminatur, sed alios illuminant. Gene. 12. Sit benedictio. fol. 74. columna. 2.

Vos estis sal terra uos estis lux mundi. Vitam & doctrinam suos habere debere docet. Has habere sacerdotem impetratore præcipiebat Dominus Exo. 28. Dabis impetratori iustitiam, hanc & batumim. fol. 288. col. 2. Splendores, & perfectiones, impetratore sacerdotis, & prælati præcipit esse.

Qod si sal euauerit. Vanū erit, ad nihilū vallet quādo terra erat inanis & vacua, vana erat ad finem, ad quem creata erat, inanis quia non dabat fructum ad quem creata erat. Prælati si boni, & deferunt fructum, ad hominū bonū, apti dicuntur ad finem, cum vero euanscent vanisint, inepti sunt ad finem, ad quem asciti sunt. At nihil in eis appetit quod offitij aptum esse videatur, sunt vacui virtute, tenebrosi. Gen. 1. Terra fuit uana, & vacua. fol. 12. col. 2.

Vos estis lux. Ut sciat sacerdotes & prædicatores non huius aut illius esse sed totius populi,

& to-

E L E N C H V S.

& totius mundi. Leu.8. Omnem congregationem congrega. fol.355.col.2.

Vos estis lux mundi. Cum Dominus mun-
dum creauit, primum eius opus fuit lux, di-
xit enim fiat lux. Vbi videmus lucem inter
omnes creatureas primatum habere, & primo
genituram inter omnia visibilia. Et certe op-
time ordinatum, quia lux adipsum creatore
maxime accedit, & illi propriissime assimilatur,
quia ipse lux est, in eo tenebrae non sunt ullae.
Vnde Aris. ait quod similitudo est causa a-
moris. Est Deus lux & placuit illi, sui ipsius
similitudinem exprimere, quam creando lu-
cem proprie expressit, & primam creaturam,
qua omnibus lucem & illustrationem dona-
ret. Sic hodie cum de novo mundo renouare
contendit, lucem creat sui similiam (ille
qui dixerat ego Sum lux mundi) qua prima
tum inter omnia habeat, & sic dicit, vos estis
lux ipsa mundi, qua cætera omnia illustren-
tur, & qua mediante omnes tenebrae depellâ-
tur, & cognoscantur, & diuidâtur ab ipsa Lu-
ce. Et qua tandem mundus se se videat, & co-
gnoscat, & suas tenebras diuidicet. Gene.1.
Fiat lux, & fuit lux. fol.12.col.2.

Vos estis lux mundi. Expende quam largus
est Deus in suos ita ut eodem nomine & ti-
tulo illos honoret, quo ipse vtitur. Dixerat
dese Iohann.8. Ego sum lux mundi. Ad Moy
sem,

I N O L E A S T R V M.

sem. Exo.40. Tu eris i pro Deo. fol.197.col.2.
Vide in fe. sancti Bartho. Quos apost. nomi-

Sic luceat lux uestra. Si lux estis, munus ve-
strum operamini. Ut diuidatis lucem a tene-
bris. Gen.1. Divisit lucem a tenebris. fol.13. co.1.

Ut uideant opera uestra. Ex doctrina, relu-
ceat sanctitas. Esd.1.c.2. Præcipitur q nemo
de sanctificatis comederet, donec surgeret sa-
cerdos doctus, atque perfectus. Sic Deu.33.
In benedictione leui. Et ad leui dixit. Plenitu-
dines tuae, & inflammationes tuae erunt viro misericor-
di. fol. 643. col 1. Alia litera habet. Perfectio
tua, & doctrina tua a viro sancto tuo. Et Exo.28
Facies tintinabula aurea in fimbrijs. Ex doctrina
pendeat vita, & sit omnibus manifesta. Ut glo-
rificant patrem. fol.292.col.1.

Ut uideant opera uestra. Distinctos vult De-
minus esse seruos suos, & vestibus & operi-
bus, ut videtes eos cognoscat & glorificet pa-
Deu.21. Funiculos facies tibi in quatuor angulis.
fol.610. colum.1. Et Num.15. Faciant sibi fimb-
riam. fol.477.col.2.

Ut glorificet patrem uestrum. Non vos. Sic
vestra opera facite, ut glorifi. Num.20. Acci-
pe uirgam, & congregare fac tecum. fol.497.co-
lumna.2.

Sic luceat ut glorif. Sic munus a Deo vobis
collatum, coram hominibus luceat idest, om-
nibus pro sit, ut glorificant pat, idest ut sic ve-
stra

EL F N C H V S

stra præstis ministeria, nihil lucri sperantes;
quod solum gloria Domini ex vestris operi-
bus resulset. Gen. i. Germinet terra germem. Her-
bam semificantem? fol. 13. col. 1..

Et glorifcent patrem uestrum. Docet te opus-
dicator Deus tuus hic, qualem coram popu-
lo apparere debeas. Ut scilicet ipse propter
te, laudetur, nominetur, & glorificetur. Deu.
26. Ut sis in laudem & nomen, & gloriam. fol.
621. column. 1.

Vt glorifcent. Ostendit locus iste quam fru-
tuosas omnibus debet esse prælatus, & in
medio populi, virtutibus florere. Num. 17.
Cape ab eis singulas uirgas. folio. 484. colum-
na. 2.

Vt uideant opera uestra. Et iudicent omnes
bona esse. Non solum vult Dominus vt no-
stra opera a nobis examinentur, vt talia sint,
sed etiam vult a videntibus examinari, & apro-
bari, nostra enim multoties non bene iudica-
mus. Pulchrum enim est uniuicique pros-
prium. Vnde Deu. 32. inimici nostri sint ius-
dices. Sic Gen. i. Fiat lux, & fuit lux. Et uidit Deus
quod esset bona. fol. 12. col. 2.

Vt uideant, & glorifcent. Nobis utilitas, sed
ipse gloria erit, nobis tanquam pauperibus sos-
ium utilitas vnde ps. non nobis Dominus
non nobis sed. Vide secundo. Reg. duodeci.
Ioab ad Dauid. Dimicauit. Nunc igitur con-
gre-

IN OLEASTRVM.

grega. Ne cu ame vastata fuerit vrbs, nomi-
ni meo ascribatur victoria. Et diadema regis
impositum est capiti Dauid, ipsi honor. Et apo-
4. Mittentes coronas suas. Sic Exo. 4. Dñs ad
Moysen. Quid est quod tenes in manu tua? uirga.
fol. 197. col. 1. Vult Dominus vt uirga signa
faciat, vt hoc videntes Aegyptij dicant digitus
Dei est hic. Exo. 8. fol. 206. col. 2. Ut soli Deo
sit gloria.

In decollacione sancti Iohannis Baptistæ Mar. 6.

 Inxit eum incarcerem. Agreterunt prin-
cipes de peccatis suis admoneri a-
quibus etiam prælati, hoc didicerunt.
Leu. 4. Dicitur. Velo stensum fuerit ei peccatum
eorum. fol. 344. col. 1.

Propter herodiæ. Hæc, tantorum malorum
causa fuit, hæc, viro faciliter suadet, vt occidat
quem metuebat. Facile enim viri animum
seducit fœmina. Patet. 3. Reg. 21. Vbi dicitu-
quod ad omne malum pessima Iezabel virū
cōcitauit. Ideo Abrahā famulo dicit. Gen. 24.
Adiurabo te per Deum cœli. Ne scilicet uxorem
moribus perditam, filio tradat. fol. 106. col. 2.

Insidabatur. Et volebat occ. & parat conui-
gium, & filiam saltare facit, & petere ca-
pur

E L E N C H V S

put Iohannis. Tenax propositi est fœmina; vt nihil mali vereatur, dū modo faciat, quod concupiscit. Gene. 27. Super me sit maledictio tua. fol. 117. col. 1.

Volebat occidere eum. Quam irrationalibia sunt s̄epius fœminarum placita ostendit locus iste. Gen. 30. Rachel ad virum. Da mihi filios. fol. 123. col. 2.

Volebat occidere. Expende dæmonis ingenium, velle malo alio, & maiori malo, occurtere. Homicidio, scilicet occurtere adulterio. Sic Exo. 1. Ille pessimus Pharaon, morte puerorum, alio minori malo vult occurtere. Affer sapientes simus in eum. fol. 188. col. 2. Sic ille Herodes Mat. 2. Vnde pro. malum conduplicatum. Et Platonis prou. Ignem igni ne addas. q. d. ne malū malo addas, ne malo alio malo succurras. Morte Christi, volebant Iudæi, suam occultare, & auaritiā & inuidiam. Sic de fratribus Ioseph quando dicebant. Ecce somniator venit. Venite occidamus eum. folio. 142. col. 1. Sic etiam Caym pessimus, hæresi, homicidium, vel fratricidium occultare volebat, dicit enim ad ipsum Dominum omnia cernen-tem. Nunquid custos sum ego fratri� mei? At Deus sum me clemens, e contra, sumo ma-lo scilicet peccato, suo aduentu, & morte occurrit. Esa. 53. Dabit impios pro sepultura, & diuities pro morte sua. Vide Adamum.

Timebat

I N O L E A S T R U M.

Timebat Herodes Iohannem. Timendi valde sunt sancti Dei, neque solum honorādi. Exo. 34. Timuerunt apropinquare ei. fol. 323 col. 2.

Timebat Hero. Ecce quam timendi sint iusti quos nos Dominus ipse timere vult. Deu. 2. In die illa incipiam dare pauorem tuum. folio. 559. columna. 2.

Cum dies oportunus. Opportunitatē queruntur malii, ad malum perpetrandum, & sicut Deus bonis, bonum facere volentibus, materiam obijcit, qua bonam voluntatem possint perficere, ita malis assueto, diabolus semper pecunia occasionem offert. Sic Gen. 18. Expediebat Abraham cui bene faceret. Et ecce tres viri stabant iuxta eum. fol. 90. col. 1.

Cū dies opportunus. Opportunus ad mala facienda, opportunus Herodi, herodiadi etiam & matri & filiæ. Hier. 7. Fili colligunt ligna patres accendunt ignem. Omnes ad malum facilime cōgregātur. Exo. 32. Viri petunt, aurum & argentum ad Deum fabricādum, mulieres, mater, & filia, facillime condonant. Et separauerunt se omnis populus, ab inauribus aureis. Faciles sunt domestici, ad vitia dominorum familiæ sequenda. fol. 310. col. 1. Et Gen. 19. Viri Sodom, circuerunt circa domum apūcro usque ad senem. Culpabiles enim sunt senes qui mala exempla pueris ostendunt. Sequebantur enim in uitio pueri senes. fol. 93. col. 2.

Y

Saltuus,

ELENCHVS

Saltauit, & placuit. Et ideo Herodes Iohannem occidit, vt placeret & filia, & matri. Ne minimi vñquam est nocendum, propter amicū, vel propter consanguineum. Nu. 23. De Aarā adduxit me Balach. fo. 513. co. 2. Doech vt fauli placeret, Domini sacerdotes occidit. I. Reg. 22. Et Iezabel propter uirū suum Nabot occidere fecit.

Et si dimidium regni. Impij ad mala facienda mille iuramentis se, & votis astringunt, a bonis vero, quauis leui occasione oblata receidunt. Num. 30. Vir cum uocerit uotum Domino. fol. 535. col. 2. Et Gen. 21. Ego iurabo. fol. 99. col. 1. Et. 18. Leu. In statutis eorum non ambulabit. fol. 386. c col. 2.

Et contristatus est rex. Omnia hæc fidele faciebat. Debemus, enim non solum fugere malia innocētibus facere, sed neque fidele aliquid ad uersus eos moliri. Et deum vindicare non tantum quæ malo animo in eos fiunt, sed etiam quæ simulate, aut ioco. Gen. 42. Ioseph ad fratres Deum ego timeo. fol. 155. co. 2.

Iuſit amputari caput. Admirabilis est Deus in sanctis suis qui etiam in vinculis, & incarcerare, & in morte suos vult honorare. Sap. 5. Peſsimi in inferno positi, hoc fatetur, ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, quorum finē iudicabamus esse sine honore. Gen. 40. misit Rex principē pincernarum, & pistorum. Posuit

IN OLEASTRVM.

Posuit eos in custodia in qua erat Ioseph. Vincus erat Ioseph vbi principes custodiebantur. folio. 149. column. 1. Decollatione, quæ nobilium solum est, Iohannis mortem nobilitavit. Sic Petri mortem sua cruce in immensum honorauit. Preciosa inconspectu Domini mors sanctorum eius, ait Dauid.

Propter iusitrandum. Misso spiculatore. Vbi sunt accusatores? vbi testes? vbi tribunal? vt talis proferatur sententia? vt caput Iohannis amputetur, & fœminæ impudicissimæ presentetur? hoc obsecro aduertant iudices. Ut videant quomodo iudicent. Exodo. 1. Ecce populus multus est. Obsecro aduerte regis propositionem, & eius præcipitem sententiam quæ pueros occidi iubet, folio. 188. column. 2.

De Natiuitate sanctissimæ virginis Mariæ. Math. 1.

Iber generationis. Expende quanti faciat Deus sui generationem, quantū ad humanitatem. Quo etiam doceatur non ingratū esse Deo, si nostrā generationē scribamus, & aestimemus sic. Ge. 5. Hic est numerus generationis Adam. fol. 41. col. 2. Vbi

E L E N C H V S

z. Vbi etiam habes quod licet Dominus voluerit aliquas Caym generationes numerari, non tam omnes, nec de eis librum fieri, sicut de generatione iustorum.

Liber generationis. Habes hic quanti faciat Deus iustos, & eorum progeniem, quod scilicet tanquam peculum eos numerari velit, vbi etiam nos docet, curare progenies nostras. Et scire vnde orti sumus, vt parentes imitemur si boni fuerunt. Gen. 10. Hæ sunt generationes. fol. 69 col. 1.

Liber generationis filij David. Liber misericordiæ in homines. Librum mirabilium suorum conscribi vult, vt homines doceat opera talia facere, quorum memoria stare possit. Et nolint potentia & tyrannidis libros scribi. Num. 21. Idecirco dicitur in li. bellorum Domini. folio. 504. col. 1.

Filij David filij Abraham. Ad quos promissio facta fuerat. Ut se scilicet veracem in promissionis ostendat, & ideo se pactis, & promissis astrigi voluit, vt hominibus benefaceret. Gen. 6. Statuam pactum meum tecum. fo. 49. col. 2. Et Exo. 1. Hæc sunt nomina filiorum Isr. Vbi vides quā memor sit Dominus promissionum suarum. fol. 188. Et Num. 1. Levate capita filiorum Isr. fol. 429. col. 1. Et Deu. 27. Statuens tibi lapides grades. Ut testaretur se iam missa complexe; vt ipsi etiam missis starent, fol. 622. col. 1.

Filij

I N O L E A S T R V M.

Filij David. Magnum hoc habet sacramentum occultū, se filium Dauidis nominare. Dicēdo liber gen. generatio hebræis est toldoht. quæ dictio sex literis scribitur, vt patet Gen. 2 Vbi dicitur. Iste sunt generationes cœli & terre. Quando scilicet perfecti sunt cœli & terra; sed est summe aduertendum, (quod etiam multi notant hebræi) quod post peccatum primi hominis, solum quinque literis scribitur, vsque Ad c. 4. Ruth, Vbi describitur genealogia Dauidis quo demonstratur secretissimo mysterio, mundum a principio prefecte productum a Domino fuisse. Sed Ad peccato, corruptū multipliciter. Restaurandum autem, aut recreandum fore per Messiam promissum, & filium Dauidis futurum. fol. 15. col. 1.

Genuit Iudam & fratres eius. Propter Christū hi recensentur in hoc loco, vt iustorum consanguinei, sciant qua de causa, notabiles, & noti fūt Exo. 6. Ista sunt capita domus patrum eorum fol. 203. col. 1. Et ibi. Et ego incircumcisus labijs. col. 2.

In festo sanctissimi

Nicolai de Tolentino.

Mathæi. 19.

Y 3

Quid

ELENCHVS



Vid faciendo. Nihil arduum deſeruis absque Dei consultatio-
ne agendum , docet locus iste.
Gen. 46. Venit in Bersabe fol.
163. col. 1. Quia filii Aaron ab-
ſque patris, & mosi consultatio-
ne ignē alienum obtulerunt, consumpti sunt
Leu. 10.

Abit tristis. Solent diuitiae comitari inutilia
desideria, & homines a bono prosequendo de-
tinere, sic Num. 32. Pergebant sicut & ceteri,
ad terram sibi promissam , filii Rubē & Gad,
sed detinuit eos ouium possessio. Et pecudes mul-
tae erant filiis Ruben & filiis Gad. folio. 542. co-
lumna. 1.

Abit tristis. Ostendit quam difficile sit, ab ho-
mine auferre, quod etiam in eius cedit utilita-
tem. Filii Adam genus avarum, non sinunt si-
bi auferri, etiam quod sibi vtile est. Sic Gen. 2.
Vt Deus Euam formaret in hominis adiuto-
rium. Cadere fecit Deus extasim in Adam. folio. 22.
col. 2.

Ecce nos reliquimus omnia. Expeditos nos ad
faiſequillam vult Dominus. Sic dicebant illi
Num. 32. Serui tui expediti transibunt. fol. 542.
columna. 2.

Ecce nos reliquimus. Ad monet illud munus
esse subeundum , quo melius possis summo
Deo ministrare. Vide infesto assump. Maria
ſedebat

IN OLEASTRVM.

ſedebat.

Ecce nos reliquimus omnia. Ad monemur, vt
qui ſe deo offerunt, totos integros ſe deo offe-
rant, nihil que in mundo relinquant que ad
Dei ſeruitium pertineat. Exo. 12. Cum ſenibus
noſtris. Et. Non remanebit ungula. fol. 213. col. 1. Et
c. 12. Caput cum intestinis. fol. 220. col. 2. Vide
infef. Magd. Attulit alab.

Ecce nos reliquimus omnia. Quid bone Petre
reliquisti? que ſunt illa omnia? qui ſudores, qui
labores? quid facitis qui vix ad horam Deo ſer-
uitis, & Deum in iustum vocatis ſi non omnia
ad placitum concedate. Num. 27. Ascende in mā-
tem Abarim. fol. 528. col. 2.

Quid ergo erit nobis? Commune malum ho-
minum eſt pluris facere ministerium quā mer-
cedem. Præſertim cum Dominus laudauerit
ministerium eorum, in eo quod iuueni dicit
vende omnia, & veni & ſequere me, quodant
modo ſuorum laudauit ministerium. Gen. 15.
Dominus Deus quid dabis mihi? folio. 82. colum-
na. 1.

Reliquimus omnia. Noluit Dominus ſuos pa-
rem, & forteſem habere cum mundo, ſepara-
tos vult eos eſſe. Vt Deo liberius ſeruiat. Leu.
18. Deterra eorum non hereditatē accipies, & pars
non erit tibi, in medio eorum. fol. 490. columna. 1.
Et quod ſequitur. Ego pars tua, & hereditas tua:
Et Deu. 18. Non erit ſacerdotibus, leuitis, Et. Obla-
tiones

E L E N C H V S

p̄jones Domini & Hereditatem eius comedent, folio, 500. col. 1. Et Exo. 3. Solue calceamentum de pede
dus tuis. Calceamenta soluit, & relinquit, qui
omnibus affectibus renuntiat vide Domi. 13.
Steterunt.

Et secuti estis me. Hic nosse licebit vnde oriatur hominis perfectio, nempe ex hoc quod Dominum sequimur, eiusque voluntatem adimplimus. Genes. 6. Cum Deo ambulauit, folio. 49. column. 1.

Et fecuti estis me. Qui mecum scilicet perseueratis, & perseverabitis. Non sat est bonū opus incipere, sed necesse est perficere. Iuuenis dicebat omnia hæc seruauit. Sed abiit retro, quādo minus debuerat. Gen. 2. Perfecti sunt cœli & terra. fol. 20. col. 2.

Sedebitis super sedes. Ad quid tibi o Domine opus est, alios tecum ad iudicium adducere, vt hominem qui tanquam folium vēto rapitur iudices, & condēnes? quia solēt transgressores legis diuinæ excusationes ad iudicium afferre. Ideo multos adducet, quibus confutabit quocquid ad excusationem prætenderis. Sic Deu. 33. Dicitur. Venit cum millibus sanctis. fol. 646. col. 1.

Sedebitis. Sicut in ecclesia Dei, sunt distincta officia ministrorum, ita & sunt distincta præmia. Nu. 18. Aduasa sanctitatis, & ad altare. f. 489 c. 2. Et Hoc erit tibi de sanctificatione. fo. 490. co. 1.

Sedebitis iudicantes. Quia vobis credibilibus illi credere

I N O L E A S T R V M.

credere noluerunt. Solent principes tunc maxime fideles milites diligere, & extollere, cū omnes alios viderint infideles. Sic fecit Dominus cum Moysè Exo. 33. Loquebatur Dominus ad Moseb facie ad faciem. Postquam vitulum scilicet rededit in cinerem, noxiōsque interfecit. fol. 316. col. 1.

Sedebitis, & centupl. & uitā eternam. Summe expendenda est Dei liberalitas; qui propter vnum ministerium, tanta beneficia confert. Gen. 15. Ad Abraham. Ego scutum tuum, & mercis tua multa ualde. fol. 82. col. 1.

Judicantes duodecim tribus Isr, Nouit Dominus iniurias illatas, sine sanguine vindicare, & inuidia torquere eos qui eum ad emulationē provocant. Deu. 32. Ipsi zelare fecerunt me. folio. 640. col. 2.

Etonuit qui reliquerit domum. Sunt multi qui solum ea quibus non indigent, Domino offerunt, quos locus iste arguit. Leu. 27. Vir cum sanctificauerit domum suam. fol. 425. col. 2.

Et omnis qui reliq. Sunt multi qui vt aliquid vanum assequantur quod desiderant, multa faciant, & perpetiantur; sed pauci qui idem propter vitam eternam faciant. Exo. 21. Servus vt vxori adhæreat etiam libertatem perdit. & seruitutem perpetuā amplexatur. Et tu non propter vitam sempiternam? Dilexi uxorem meam. fol. 252. col. 2.

IN OLEASTRVM.

Et uitam eternam. Expende Dei summa cle-
mentiam, opus nostrum vix est vnius horae, &
nūlitis debitum modis, & tamen præmium
illius est, quod nec oculus vidit. Gen. 17. Dabo
pastrum meum. fol. 87. col. 1.

De sancto Matheo Apostolo & euangeli-
sta. Math. 9.

 **I**dit hominem. Vide in festo Sancti An-
dreas. Vedit.

 **V**edit hominē sedentē intelo. Negotijs,
scilicet & fraudibus implicatū. Sūt homines
in voluti peccatis, vani, inepti ad finem quē
creati sunt, vt nihil in eis appareat, quod glo-
riæ aptum esse videatur. Sed visus & spiritus
Dei, ex informi formosissimam animā red-
dit. Gen. 1. Terra fuit uana & uacua. folio. 12.
col. 1.

Sedentem intelonio. Vide quales nos ex nobis
sumus, & quales nos Deus faciat. Vide in festo
S. Andreas. Mittentes retia.

Sedentem intelo. Expende quales nos Deus
accipiat, & quales reddat, accipit nēpe seruitu-
ri ob noxios, miserios. Exo. 6. Accipiam nos in
populum. fol. 203. col. 2.

In telonio. Solet Dominus seruum quem
extollere vult prius humiliare. Sic Dominus
ad Iob. 38. Quis est iste inuoluens sententias
ser- fer-

E L E N C H V S

Filios, uxorem. Didicerunt viri Dei propter
Deum, vxores, filios &c. Dimittere. Quemadmodum
modum carnales, propter uxorem filios &c.
Et Deum ipsum relinquere solent. Exo. 18.

Tulit Ictro siphorah uxorem Mosch. Nusquam
legimus, Mosch nec uxorem, nec filios quæsi-
uisse, postquam descendit in Ægyptum. folio.
240. col. 1.

Qui reliquerit domum cētuplum. Expende quā-
tum valeat pro Deo aliquid perdere, quan-
doquidem sic meliorat. Quod patet & in Tho-
bia. Et in Iob. Et in Abraham. Gen. 12. Ad
quem Dominus. Vade tibi e terrata. folio.
74. columna. 1. Et Gen. 26. Inuenit cētum modis.
Quia paupertatem & quo animo tulit Isaac
crevit. folio. 114. col. 2. Et quia Abraham no-
luit, & respuit quæ sibi dabantur a Sodomorum
rege. Ibi. cap. 14. Statim adiungit. cap. 15.
Ego scutum tuum. folio. 82. col. 1.

Cētuplum acc. Neputaret homo, se in va-
num laborare in cultu veri Dei, ostēdit se Do-
minus largū in præmio & munere. Sic Gen.
17. Ego sum Deus liberalis, aut fortis beneficus. fol.
87. col. 1. Et Num. 8. Quia dati dati sunt mihi pro
aperiente uulnus. Vbi vides quod gratis nihil
a te Deus vult. folio. 448. columna. 2. Et cap.
18. Eg̃o dedi tibi custodium oblationum mearum. Sa-
cerdotibus sui muneris præmium signat. fol.
490. col. 1.

E L E N C H V S

fermonibus imperitis? Sed cap. 42. Illum coram amicis exaltat. Sic Dominus. Mar. vltimo, suorum increpat incredalitatem. Post coram omnibus ipsis dicit, euntes in mundum vniuersum. Vide ibi. Sic Deu. 9. Et in incendio, & in tentatione. fol. 81. col. 1.

Surgens fecutus est eum. Eius diligētiām hic locus notat, de quo vide ibi in fest. S. Andreæ. At illi continuo. Etin die innoc. de nocte consurgens.

De sancto Michaeli Archangelo.

Math. 18.

 *Vñ putas maior est in reg. Maioritatē petunt, & quomodo ad ipsam perueniant, familiariter docet, qui se humiliau. sunt multi prælati, & predicatores, qui malos hominum mores, in melius mutare volentes, statim a principio cuncta mala euellere conantur. Quos Dominus hoc in loco arquit. Sic Leu. 17. Deus cum Iudæis fecit. Non sacrificabunt sacrificia sua pilosis. folio. 382. columna. 2. De hoc in festo sancti Andreæ, faciam vos fieri.*

Maior est in regno celorum. Solet gratia & favor eorū hominis dilatare, audierant isti vos amici mei estis, & sic ad maiora suspitant

I N O L E A S T R V M.

rant, sic Moseh Exo. 33. Ad Dominum. Fac me queſo uidere gloriam tuam. Hoc petit, quia audierat noui te ex nomine. fol. 316. col. 2.

Nisi efficiamini sicut par. Bona semper fuit apud Deum parvularum conditio. Deut. 1. Filii uestri qui non cognoverunt hodie bonum & malum. fol. 555. col. 2.

Nisi efficiamini sicut parvuli. Ecce quid pariat excellentiæ appetitus, nempe deiectionē. Ipsí majoritatem postulant, & Dominus humiliat se docet. Gen. 3. Super uentrem tuum gradieris. fol. 29. col. 2.

Nisi efficiamini. Conatur nos Deus reddere ad pristinam simplicitatem. Dæmon vero contra, conatur hominem simplicem, astutum & calidum facere, ad hoc ut malitia non ignorantia peccet. Gen. 3. Scit Deus quod in die qua comederitis aper. oc. & eritis sicut Deus. folio. 28. columna. 2.

Qui scandalizauerit. Vides hic quāti Deus faciat lēdere suos & illos in peccatum ruerē facere. Vide quid dicat ad serpētem, quia scilicet mulierē ad peccandum induxit Gen. 3. Maledictus eris super omni bestia agri. folio. 29. columna. 2.

Qui scandalizauerit. Summopere cauendū docet, ne scandalum pusillis simus. Leu. 4. Et scitum fuerit peccatum eorum. folio. 344. columna. 2.

Qui

IN OLEAST R VM.

vt nos ad obseruantiam suarum legum inducat, præmiis, promissionibus, ac benedictionibus nonnunquam allicit, nonnunquam vero minatur illis magna mala. Ut patet Leu. 26. Et Deu. 27. Et 28. Iſti stabunt ad benedicendum. fol. 612. col. 2.

Videtene contemnatis unum ex his pusillis. Sunt quædam vitia quæ homines pro nihilo reputant, qualia sunt parentes maxime pauperes vili pendere, terminum, seu stipitem mutare, minoribus iniuriā inferre. Quæ tāto sunt grauiora, quanto in imbeciliores fiunt. Quæ merito a Domino anathemate puniuntur. Ibidem. Maledictus vili pendens patrem suum.

Videte ne contemnatis. Summe cauere suos docet, a pusilloram offensione. Deut. 23. De eo quod paxillo egesta cooperire præcipiebatur. Ne scilicet infirmis & debilibus malus odor noceret.

De sanctis Simone & Iuda Apo- stolis. Iohan. 15.

Ec mando uobis. Vix dixerat hoc est præceptum meum. Et continuo repetit, hæc mando, quid opus est Domine tuus hæc toties inculcare? Solet Dominus præcepta sua repeterem, quoniam nouit nos sepius oblivione causari. Sic Exo. 31.

Taber-

E L E N C H V S

Oui scandalizauerit. Putant homines nihil obesse, si alijs scandala obliquant, aut tendant in via Domini, sed quātum hoc Deo, displiceat multis exemplis patet. Deu. 23. Apparet in punitione Balaam. Et quia mercede conduxit aduersum te Balaam. folio. 613. columna. 1. Et Leu. 19. Non maledices surdo. folio. 363. columna. 2.

Expedit ut suspendatur. Summa prudentia est, peccatori peccatum difficile facere, poena, & comminatione, vel difficultate aliqua. Exo. 32. Idem seruauit Aaron. Separate in aureas, quæ sunt in auribus mulierum. folio. 310. col. 1.

Expedit ei. Docet legillatores, & iudices debere imponere reis poenas, a legibus cominatas. Gen. 3. Ne forte mittat manum. folio. 30. col. 2.

Expedit ei. Quemadmodum opus bonum suum sequitur præmium, ita malū e vestigio punitio. Gen. 4. Si non bene feceris ad ostium peccatum cubat. fol. 38. col. 1.

Expedit. Solent legillatores ea quæ maxime illi sunt cordi, sub maximis interdicere poenis. Quid ardenterius Deus cupit & vult, quam ut proximum diligamus? Et illum nullo modo lēdamus? Vide Dom 5 Post Pēth. qui irascitur reus erit.

Expedit ei. Nullū non mouet lapidē Deus,

E L E N C H V S

Tabernaculum Ecclesie, & arcum. folio. 304. col. 1. Et Exo. 34. Solemnitatem in fermentorum custodes. Vbi docetur quod debent prælati subditos frequenter admonere, omnium quæ servare tenentur. fol. 322 col. 2.

Hæc mando vobis. Postquam dixerat hoc est præcep. hæc mando ut sic nullus aut rarus peccet, maxime in proximum, cui statim non occurrat præceptum, & recordetur malum quod est facturus esse prohibitum. Gen. 2. Ira quia dixit Deus non comedetis. Vel cur præcepit vobis Deus. Præceptum oculos Dæmon posuit. Sed diuerso fine. fol. 28. col. 1.

Hoc est præcep. hæc mando uo. Solent legislatores, quemadmodum quæ odiunt peculiariter prohibere, ita & quæ diligunt, familiarius precepere. Sic Leu. 19. Toties inculcat. Sabbathum meum custoditis. fol. 392. col. 2.

Hæc mando. Hoc est præcep. Toties hæc inculcat, vt nostram ostendat imbecillitatem, & in seruandis promissis infidelitatem. Sic Gen. 17. Toties inculcat. Dabo pacatum meum. Et continuo. Statuam pacatum meum inter me & te. folio. 87. colu. 1. & 2. Et ibi continuo loquendo de Isaac. Statuam pacatum meum cum eo. folio. 88. col. 1.

Si de mundo fuissetis. Mundus quod suum erat diligenter. Vides quales elegerit Deus, quos scilicet omnes fastidiunt, & a quibus abhor-

I N O L E A S T R V M.

abhorrent. Quos enim mundus reicit, Deus admittit. Gen. 43. Non poterant Ægypti comedere cum Hebreis. fol. 158. col. 1.

Ego uos elegi de mundo. Cum dicit hoc est præceptū meū cōtinuo addit. ego elegi vos. Et cum dicit, hæc mando vobis. Etiam addit ego elegi vos de mundo. Quoniam neminem eligit ad bona, qui proximum non diligit, & illi benefaciat. Sic Gen. 24. Puella quæ dixerit mihi bibe. fol. 107. col. 1.

Ego uos elegi de mundo. Vult Dominus vt eius beneficia ante oculo habeamus ne eius beneficia quæ nobis cōfert, ab alio collata esse reputemus. Gen. 15. Ego Dominus qui tuli te de yr Chaldeorum. fol. 83. col. 1.

Ego uos elegi. Illis qui parui pendunt beneficiā, extollēda, & inculcāda sunt. Ibi. Et Gen. 13. Leua nunc oculos tuos. fol. 76. col. 1.

Ego uos elegi de mundo. Instruimur non esse iudicij, aut meriti nostri, esse gratos, aut ministros Domini, sed electionis eius. Num. 16. Mane notum faciet Dominus, qui est suus. folio. 482. col. 1. Et Deu. 7. Non propter multitudinem uestram. folio. 577. column. 1. Et Num. 17. Cape ab eis singulas uirgas. folio. 484. column. 2.

Propterea odit uos mundus quia non. Persequitur mundus, eos qui illi obedire renūt. Exo. 5. Non adiūcietis dare paleam populo. fol. 200. col.

E L E N C H V S

2. Et Gen. 31. Persecutus est Laban Iacob.

Non est seruus maior Domino suo. Non debet famulus deliciosius viuere quam Dominus, & debet sacerdos contentari cibis Domini. Leu. 6. Infermentata comedent ea. folio. 350. column. i. Et vide quod sequitur. Omnis masculus. Non autem effeminatus, Domini labores sustinebit. Non est seruus maior Domino suo. Deum præcedentem sequi debemus in eius operibus, ne sit, nec velit esse seruus maior Domino. Exo. 23. Ut requiescat bos tuus. fol. 263. col. 2.

Non est seruus maior Domino suo. Si Dominus mala patitur, & seruus patiatur. Num. 1. & 18. Et leuitæ castrametabuntur incircitu taber. Excubabunt in custodijs. Ad quid Domine vis custodiri? Ad quid itinerantes & defesos leuitas vigilare per noctem? Quia non est seruus maior Domino suo, si arcæ Dei patitur, vigilat, per montes & per niues vagatur, & tiam ipsi in omnibus arcâ comittetur. fol. 430. c. i.

Hæc facient quia non nouerunt pa. Docemur unde obedientia, & inobedientia procedat, nempe ex hoc quod quilibet cognoscere, vel non cognoscere vult Deum. Exo. 5. Non cognovi Dominum, & Isr. non dimittam. fol. 200. col. 2.

De festo omniū sanctorum. Math. 5.

Videns

I N O L E A S T R V M.

 IDENS Iesus turbas ascendit in monte. Priusquam optimus quisque legislator leges condat, subditorum animos beneficijs praeparat. Sic hic Dñs. c. 4. Multos ab infirmitatibus sanat, antequam leges codat. De quo vide in fest. Sacramenta in principio. Et Exo. 20. Ego d. Deust. qui eduxi. Solēt collata beneficia, seruum quasi cogere ad obediētiā. Ideo hoc præmittit ante legem, ut Ludōs inuitaret ad suarum legum obseruantiam. fol. 248. col. 1.

Ascendit in monte. Exigit doctrina secessum, & a mundanis curis expeditum hominem. Exo. 19. Castrametati sunt in deserto, et regione montis. fol. 243. col. 1.

Accesserunt ad eum. Non debet doctror esse formidabilis suis, sed potius familiaris & amabilis. Deu. 5. Accede tu, & audi. fol. 571. col. 1. Et Exo. 20. Loquere tu nobis. Vbi docet, doctorem talem esse debere, ad quem facilis populi sit accessus. fol. 249. col. 1.

Accesserunt ad eum discip. Ad se accederet vult (cum leges promulgat) illos qui populos ad legem seruandam inducere debebant. Sic Exo. 24. Ascendit Mosch & Aaron, & seniores Isr. fol. 270. col. 1.

Accesserunt ad eum discip. & aperiens os suum docebat eos. Et si omnes in populo admōendi

E L E N C H V S

nendi sunt, maxime tamen, & primum maiores, qui alios debent, & possunt in officio continere. Sic. Deu. 31. Moses dicebat. Congrega ad me omnes seniores. fol. 633. col. 2.

Accesserunt ad eum. In monte scilicet docebat. Infinuat Deum aptissimum ad docendum selegisse locum, ut veluti Doctor ex eminentiori loco, monte scilicet posset diuinam, ac celestem doctrinam in suos diffundere. Exo. 19. E regione montis. folio. 243. columna. 1.

Aperiens os suum. Aperit os ad docendum, qui ore clauso, exemplo. s. mira docuit, & tandem docuit ore clauso, quantum aperto. Esa. 53. Sicut agnus coram tondete te obmutescet. In passione sua cum tantas pateretur molestias; ita tacebat, ut miraretur Pilatus. Sic Ioseph. Gen. 40. Plus docuit in carcere tacendo, quam docuisse loquendo. Solum dicit. Quia furto auferendo, furto ablatuſ ſum. fol. 149. col. 2.

Beati pauperes: Beatitudinem promittit, sed prius paupertatem experiri vult. Sic Gen. 15. Dominus ad Abraham. Ego secutum tuum, & merces tua multa ualde. Sed continuo addit. Scito sciens, peregrinum futurum est semen tuum. Sed post hæc egredientur cum magna substantia. Opera enim illorum sequuntur illos. fol. 82. col. 1. & 83. col. 1.

Beda-

I N O L E A S T R V M.

Beati pauperes spiritu. Dominorum est, suis rebus nomina imponere. Gen. 2. Quia Adam factus est omnium rerum Dominus & princeps. Et adduxit ad Adam ut uideret quid uocaret. folio. 19. columna 1. & 22. columna. 2. Christus omnium rerum Dominus hodie in principio recreationis mundi, quasi potestatem habens, rebus nomina imponit, & paupertatem beatam vocat, & pauperes beatos, & felices. Et persecutionem fælicitatem vocat.

Beati pauperes spiritu. Expende quid utilitatibus tibi afferat rerum temporalium indigentia, & paupertas; compellit enim hominem in solum Deum iactare cogitatū. Deu. 8. Ut cognosceres quod non in solo pane uiuit homo. folio. 578. columna. 2. Et Exo. 16. Egreditur populus, & colligit de die in diem. Non ad mensim. Vult enim Dominus semper nos ab eius prouidentia pendere: quoniam nouit, nos non addituros eum, nisi indigeamus. folio. 223. col. 1.

Beati pauperes spiritu. Beatos pauperes vocat, quia summa pace & concordia fruuntur. Actor 4. erat illorum anima una, & cor unum. Quia paupertatem & profitebantur, & amabant. E contra diuitiæ Gen. 13. De Abraham & Lot. Non ferebat eos terra. Ecce quæ mala pariant diuitiæ. Nempe discordias, etiam

E L E N C H V S

Etiam inter consanguineos iustos. folio. 76.
columna. 1. Et expende quid euenerit ipsi
Loth, apud Sodomam propter diuitias, mul-
ta enim mala ipsum secuti sunt, & ab Abra-
ham diuisus est & apud pessimos versatus est.

Beati pauperes. Non carentes diuitijs intel-
ligit, sed pauperes spiritu, & animo, qui scilicet
Deo deseruiunt (absq; se & vtilitatis respe-
ctu,) solum propter Deum ipsum, hos felici-
ces Deus vocat. Diuitibus vero dicit unum
vix. Et multis illos nominibus in scriptura no-
minat. Primo stultos vocat. Lu. 12. Stulte hac
nocta animam tuam repetet a te. Et multa pro-
prietate sic nominantur, nam curatore egent,
sicut stultus, qui doceat quomodo comedendu-
m, vestiendum. Aliter enim vita viuent
stultorum. Secundo, impium vocat id est absq;
alla pietate. Sic Esai. 53. Dabit impios pro se-
pultura, & diuites pro morte sua. Tertio pec-
atores, mammona iniquitatis, si pecunia dici-
tur mammona & peccatum. Qui pecuniam
possident quomodo vocabuntur? Vocat leo-
nes feroceps. Psal. Diuites eguerunt. Hbraice:
Leones esfurierunt. Pauperem vocat mansue-
tudinem. Et spiritu pauperem. (Pobre de alié-
to y huelgo) Ergo diuites feroceps dicet. Hi
eiiciuntur a regno, illi admittetur. Sic Deu. 1:
Filii uestrí qui non cognoverunt hodie bonum neq;
malum ipsi int̄ḡt illuc. Alij eiiciuntur. fo. 555. co. 2.

Beati

I N O L E A S T R U M.

Beati mittes. Qui æquo animo omnium con-
ditiones molestas ferunt, s. qui iniurias in fa-
ciem perpetiuntur, murmura dissimulat. Ta-
lis erat Moyses. Numerorum. 12. Et Moses vir
humilis nälde. Alias mansuetus. folio. 463. co-
lumna. 1. Qui mansuetissime omnia ferebat.
Gen. 27. E contra Esau. Homo ferus & pilo-
sus unde Prou. cera tractabilior. Mitior colu-
ba. Vel vt Suidas dicit. Sedens coluba. Dicitur
de supra modum mansuetis. Cum enim a
uolant cæteras fallunt pernitate volatus.
Cum vero sedent, nihil mitius, ac simpli-
cius.

Beati qui lugent. Optimum est propria lu-
gere peccata, sed opus iudica charitate plenū-
aliorū de flere peccata. Sic Num. 25. Et ipsi fle-
bant ad ostium tabernaculi. Ecclesia. folio. 523. columna.
1. Sic David Psal. 118. Exitus aquarum dedu-
xerunt oculi mei, quia non custodierunt (scili-
cet iniqui) legem tuam.

Quoniam ipsi consolabuntur. Quoniam absterget
Deus omnem lachrymam ab oculis eorum,
& tristitiam eorum in gaudium couerteret. Sic
Exo. 24. Sub pedibus eius, sicut opus lapidis saphi-
ri. folio 270. columna. 1. Vide literam. Et Do-
minica. 3. Post Pasch. Vide Greg. 20. Mor. c. 5.
& 18. cap. 26.

Beati mundo corde. Vides hic quantū Deo
munditia placeat. Quod optime comprobā-

E L E N C H V S

tur cum illo Gen. 7. Vbi docetur quod etiā
in animalibus illi munditia placeat. Ex omni
iumento mundo capies tibi septem & septem. fo. 53.
co. 2. De quo vide fer. 4. Post. 3. Dom. qua-
drag. Non lauant manus.

Beati qui esuriunt & sitiunt iusf. Qui s. in manda-
tis Domini cupiunt nimis. Alias vchemen-
ter. Qui s. plus volūt quam possunt, Angelus
ad Dan. 9. Vir desideriorum tu es. Quod cer-
te magna laus est. Duo minuta vctulæ Domi-
nus summe acceptauit, quia licet opere pau-
ca dederit, desiderio multa dare voluit. Dice-
bat forsan, quis haberet ad hospitale erigen-
dum? talem sitim Deus beatitudine p̄m̄iat.
2. Reg. 7. Quia David Domino domum ædifi-
care cupiebat. Dominus ad ipsum per Pro-
phetam. Ego ædificabo ei domum in sempi-
ternū. Sicut cernus desiderat ad fontes aqua-
rum. Expende Dei sitim. Prob. 11. Desideriū
iustorum omne bonum Exod. 24. Ascendit
Moyses & Aaron, & seniores Isr. & uiderūt Deū.
Quia solum promisserant, & desiderabāt Dei
legem adimplere Deum vident. folio. 270, co-
lumna. 1. Et Num. 32. Si transferint filij Gad, &
filij Ruben.. Vbi vides Moseh non solum bene-
gesta sed bene promissa remunerare. fol. 542.
col. 2. Et ibi. cap. 21. Si tradendo tradideris. folio.
503. columna. 2. De quo late in nostris locis
communibus (Deo dante) ageimus. Et vide
Deu.

E L E N C H V S.

Deu. 29. Ad li. Ut addat ebriā & sitiēntē. Sūt multi
quisiunt iniq̄itatē. fol. 628. co. 1. Et Prob.
30. Tria sunt insaturabilia, & quartum quod
nunquam dicit sufficit. Et Ecclesi. 5. auarus nō
imblebitur pecunia. Beati qui persecutionem
patiuntur propter iustitīā. Expende propter iu-
stitiam. Licet enim multa patiaris si non tamē
propter Deum, & ipsam virtutem & iustitiam
tuendā, nihil tibi proderit. Iohā. Apoc. 1. Fui
in insula, propter verbum Dei. 1. Petri. 4. Ne
mo vestrū patiatur quasi Homicida, sicut passi
sunt illi senes Susannæ. Dan. 13. Et Gen. 34. Si
chem propter stuprum Dinæ. Sic Abraham
magnificatus est a Domino, quia maximam
est persecutionem passus a Chaldeis propter
vnius Dei adorationem. De quo vide sanctissimum
patrē Augustinum. 16. De ciu. cap. 13.
Philo dicit, Abraham & Aaran a Chaldeis in
fornacem missos fuisse.

Beati estis cum maled. Leuius homo fert mor-
tem, quam infamiam. Christus suos ad hanc
perferēdam, magnis promissionibus hortatur,
est enim his qui in honore versantur magna
tentatio. Sicut videamus in Ioseph in tanto ho-
nore posito. Sed Gen. 39. Dicitur. Fuit Dominus
cum Ioseph. Ut scilicet tam grauem patienter
ferret tentationē & infamiā. fo. 148. Et Dan. 13
de Susanna. Vide Domini. infra. octa. Ascen-
absque Syn. Et Domini. tertia post Pascha

E L E N C H V S

Beatis tuis cum male. Quos exosos mundus habet, hos Dominus benedictionibus ditat. Gen. 29. *Vidit Dominus quod exosam haberet Liam. Iacob, s. & ideo illi prolem tam numerosam dat, Rachele sterile permanente.* fol. 121, col. 1. *Et Gen. 47 Exosos habebant pastores Aegyptij. Ecce sunt in terra Gesen.* fo. 156. co. 1. *Cum Dominus a principio in iustis hoc munus aprobauit, ut inde haberent quæ illi offerret, ut patet.* Gen. 4. *De Abel. Erat autem Abel pastor ouium. De quo crediderim pastoris subisse munus, ut ex ouibus agnos, & ex aguis adipem, quem Deo offerre posset haberet. Ad cuius manus respexit Dominus.* fol. 37, col. 2.

De sancto Martino Pontifice, & confessore.

 *Ne ne lumen quod in te est. Examina diligenter tenebras tuas, ne forte lumen existimes, quod tenebrae sunt.* Gen. 1. *Tiat lux, & uidit Deus lucem quod esset bona.* folio. 12, columnna. 2.

Lucerna corporis tui est oculus tuus. Misericordia est lux nostra & bonus oculus. Deu. 15. *Et malus sit oculus tuus in frat.* fol. 592. col. 1.

Vt qui ingrediuntur lumen. Vbi docentur, qui alijs praesunt maxime, ut alijs profint magis quam sibi, sicut & lucerna. Nec sibi soli sint,
nec

IN OLEASTRVM.

declumen sub modio, ponant, nec talentum abscondant. Gen. 4. *Dominus ad Caim. Vbi est Abel frater tuus? Audi pessimam prælati responsionem. Nunquid custos sum ego frater?* folio. 38. col. 2. *Qui aliorum salutem parui pendunt, non solum Caim, sed diuite in in ferno sepulto peiores sunt. Qui dicebat ad Abraham ut mittaret Lazarum ad fratres. Andreas non contentus propria salute, adduxit fratrem suum Simonem ad Iesum, & Philipus Natanaelem. Vide vos estis lux mundi.* In fes. Sancti Patris Augustini.

De Apostolis.

 *O C est preceptum meum. Vide in festo sanctorum Simonis & Iudee. Hæc man.*
Vos amici mei estis si feci. Vide Dei clementia ut velit nobiscum pacisci, & amicitia ini re, super his quæ facere tenemur inuiti. Exo. 24. *Venit Moses, & narravit populo omnia verba Domini.* fol. 269. col. 2.

Nota feci uobis. Mirum valde est quanti faciat Deus suarum legum obseruantiam, ut secreta sua obseruantibus reuelet. Sic Deute. 29. Quæ abscondita sunt apud Deum nostrum, reuelata sunt nobis. fol. 630. columnna. 1. *Et quid dico obseruantibus? & etiam solum promittentibus,*

E L E N C H V S

vt patet Exo. 24. Ascendit Moseb, & Aaron. Et Seniores Isr. & uiderunt deum. Quia scilicet promiserant seruatos legē. fol. 270. col. 1. Vide in festo omnium sanctorum qui esuriunt. Et Gen. 18. Nunquid celo ego? fol. 97. col. 1.

Ego elegi uos. Vide in festo sanctorum Simonis & Iudæ ego elegi.

Vos amici mei estis. Amicus alter ego. Ego dixi dij estis. ad Moysē. Exo. 4. Tu eris ei pro Deo fol. 197. col. 2. Et cap 7. Vide dedi te pro Deo. folio 205. col. 1. Vide literam.

Et possui uos. Ut sciant se a Domino ad hoc electos, ut fructum afferant. Ut sciant esse opera Dei ad quæ assumuntur. Exo. 3. Nunc uenmittam te ad Parkoh. fol. 194. col. 2. Et Ose. 12. In propheta eduxit Dominus Isr. de Ægypto, & in propheta seruatus est.

De festo Euangelistarum.

Designauit Dominus alios. 72. Expende Dei prouidentiam, quæ non solum 12. Sed. 72. Mittit ad prædicandum, ut nullis desit minister quo salui fiat. Nu. 11. Cōgregamibi. 70. Viros. Elegerat ante Moy. & Aaron. Et post alios etiā ut patet Exo. 18. Nunc vero alios. 72. Ut nulli desit minister. fol. 462. col. 2. Alios. 72. Summe Deus diligit unitatem. Homines suis peruersis moribus diuisierant, mulorum

I N O L E A S T R V M.

terum deorum ritu, & religione, ministros mitit qui diuisos ad fidei uinitatem adducant. Illos qui antea ab uinitate Dei, & etiam linguae, sua superbia diuisi sunt. Gen. 11. Erat omnis terra labij unius. fol. 71. col. 2.

Designauit alios. Debet princeps cum per se exercere munus non potest, cōstituere qui hoc facere sciāt, & ei negotia committere. Gene. 41. Ite ad Ioseph. Vbi etiam notantur prælati, qui otio vacant, & in alios animarum negotia reiiciunt tanquam si ad se non pertinerent. fol. 153. col. 1.

Designauit alios. Sunt qui perse ipsos omnia facere volunt nec inferiores ministros, sua exercere munia finunt, cum ipsi multoties persei-sos nihil facere possint. Vide in festo Assumptionis virginis. Dic ut me adiuuet. Quos Dominus hic factō suo arguit, dum munera suis distribuit, & ad illa exercenda illos mittit.

Designauit alios. Docet onera ducis esse distribuenda, ad alleuiandum eum, ut possit se se melioribus exercere. Ex quo loco discant principes (qui omnia perse scire & tractare volunt, cum vix ad pauca sufficient) causas per alios, tamen idoneos administrare. Exo. 18. Et uudit sacer Moseb, fol. 240. col. 2. Vide vbi supra.

Designauit alios. Et missit binos. Licitum est maiori, onus ac solitudinem suam diuidere, & in alios partiri. Deu. 1. Quomodo solus feram labore

E L E N C H V S

porciuestrum. fol. 555. col. 1.

Binos. Etiam si aliquando noceat, bona est societas. Gen. 2. Non est bonum hominem esse solum;

Binos ante faciem suam. Docet ut conueniat inter prædicatores. Quoniam aliter nihil proficiens. Vide. 1. Cor. 3. Ego quidem Pauli ego vero apollo. Exo. 4. Nuntiavit Mose. Aaron. fol. 198 col. 2. Sic Exo. 28. Appropinquare fac ad te fratrem tuum. Ut scilicet conueniat inter eos, sic quæ consulatur publicæ paci. Et Num. 18. Etiam fratres tuos tribum Leui, appropinquare fac tecum. Omnes ministros ex tribu Leui eligit, ut maior esset in ministerio concordia. fol. 489. col. 2. Et Exo. 25. Duo Cherubim erant coram arca. Se se mutuo respicientes.

Designauit Dominus. Hoc verbum Dominus emphazim habet, qui scilicet nouit quos eligat. Quo docentur maiores, non faciliter quos-cunque ad tam sublimia munera eligere. Sed expectare aliorum consilium, qui quos eligunt agnouerint melius. Sic Num. 31. Et traditi sunt ex millibus Isr. mille, per tribu. fol. 539. col. 2. Et Deu. 1. Date viros sapientes. fol. 555. col. 1.

Ecce ego mitto vos sicut oves. Sunt homines qui si aliquem audacem viderint, illi non au-dent nocere. Si vero viderint aliquem meticulo-sum, audatores in eum fiunt, non timent ledere, nec spoliare. Deu. 2. Vos transibitis per ter-ram in fratrum uestrorum, & timebitis vos. fol. 558.

columna

I N O L E A S T R V M.

columna. 2.

Sicut oves inter lupos. Expende quibus co-pijs, quo militum aparatu, quam inermi exercitu, Dominus militet aduersus insensatos, & mundi potentiam. Exo. 23. Mittam crabronem ante te folio. 266. columna. 2. Solet enim Dominus ut Apostolus ait quæ infirmiora esse vi-dentur eligere, ut fortia destruant. Psal. 8. Ex ore infantium perfecisti laudem, ut destruas inimicum & viorem. Petebat Paulus. 2. Cor. 12. Ut stimulos carnis Deus auferret ab ipso. Et audit sufficit tibi gratia mea, ad meum honorē sic expedit. Nam virtus in infirmitate perfici-tur. Litera græca habet dinamis eam. Idest, po-tentia mea, infirmitate tua perficitur. Unde dicit, libenter igitur gloriabor in infirmita-tibus meis ut inhabitet in me virtus Christi, idest cognoscatur, in mea infirmitate. Si-cut cognita est in Dauid, qui funda & lapide gigantem deiecit. Vide Ecclesiast. 47. Et de-dit in dextera eius, tollere hominem fortem in bello, & ibi; cum Leonibus lusit quasi qui cum agnis. Unde Iud. 5. etiam dicitur. Noua bella elegit Dñs, hasta & clipeus non sunt vi-sa. Et sic adimpletur est illud Esa. 11. Habitauit lupus cum agno, quem locum male intelligit Laet. li. septimo capite, vigesimo quarto. Sed intelligitur locus cum egloga Verg. de tem-po-pore Christi. Nec magnos metuent armatae leo-

EL ENCHVS

ta leones. Vide Adamum.

Neminem per viam saluta. Tales vult Dominus seruos qui ita negocia illis commissa currunt, vt omnia alia omittant. Sic. 4. Reg. 4. He liseus ad Giezi. Et Gen. 24. Seruus Abrahæ, licet ex itineré defessus veniret. Dixit, Non comedam. prius Domini negotia curat, quam bibat, aut comedat. fol. 107. col. 2.

Nolite portare saculum. Sufficiat quod ego mitto vos, mihi cura est de vobis, vos curam illorum quæ vobis commissa sunt agite tantū. Deu. 2. Nouit ambulare tuum per desertum quadraginta annis non caruisti aliquo. fol. 559. col. 1. Et Gen. 45. Pharao. Dic fratribus onerate iumenta. Et. Capite currus, deterra Ægypti. fol. 162. col. 1. Vide Domini. 6. post Penthe. Et vide in feli. conse. Præcincte se, & transiens.

Neque aurum. munus boni rectoris est occasiones malorum suis auferre. Exo. 16. In caluit sol, & liquefactum est. fol. 233. col. 2. Ne scilicet plus colligeret, & contra præceptum de nō colligendo facerent. Et Deu. 29. Panem non comeditis unum &c. sciretis quod su Dominus. Non setiam ostendit conferendo quæ pro sunt, quam negando ea quæ obesse suis poslunt. fol. 629. col. 2. De quo vide Dominicā quintā post Pēth. qui irascitur.

Comedite quæ apponuntur nobis. Consuetum & antiquū malum est, eos qui regibus grati sunt, come-

IN OLEASTRVM.

comedere medullam terræ. Vt pater Ge. 47. Pharao ad Ioseph. In optima terra habitare eos fac. fol. 63. col. 1. Non sic Dominus qui pauperum vitam instituit.

Dignus est mercenarius. Dignus est cibo qui laborat. Gen. 2. Ex omni ligno paradisi comedere. fol. 22. col. 1. Et Leu. 7. Pelle holocausti quod obtulit, sacerdotis eius erit. Unicuique secundum suum laborem dabatur. fol. 353. col. 2. Et Exo. 35. Omnis cuius est spontaneum cor. Licet qui alteri deseruit, virtute lipem a quibus ministrat exigere. fol. 326. col. 1. Et Gen. 14. Præter ea quæ comedenterunt pueri. fol. 79. col. 2. Et Num. 18. Ego dedi tibi custodiām oblationum mearum. fol. 490. col. 1.

Excute puluerem. Sunt impiorum bona venena la secumque dispendū afferunt, ideo Dominus excut. Deu. 13. Non adhæredit manus tua quicquam de Anathemate. Ne scilicet tibi forte fiat inf scandalum. fol. 589. col. 1.

Excute puluerem. Vita iusti non obscuratur, nec delitescit, imo magis splendescit, si in medio sit nationis prauæ. Gen. 6. Noach inuenit gratiam in oculis Domini. fol. 49. col. 1.

De festo vnius Martyris.



Iquis uult. Quia ad crucem vocat paucissimi audiunt, ideo si quis, quo rariatem sequentium notat. Detestatur

Aa enim

E L E N C H V S

enim homines, doctorem astringentem & delectabilia prohibentem, sequuntur autem libentissimo animo, doctorem, qui gaudia & delectabilia permittat, & vitam liberiorem cōcedat. Exo. 32. Sed it populus ut manducaret & biberet. Talem Deum faciliter ipsi sequuntur, fol. 310. col. 2. Et Nū. 14. ponamus caput. Quod scilicet nos non per tam abruta deserti ducat; Sed reuertamur in Ægyptum. fol. 472. col. 1.

Siquis uult. Vbi vides deum nolle coacta seruitia, & neminem ad fidem coactum venire. Gen. 17 Statuam pacium meum, inter me & te. Et inter semen tuum post te. fol. 87. col. 2. Et Deu. 28. Eo quia non coluisti. d. d. t. in latitia. Discipuerunt enim Domino semper coacta ministeria. fol. 626. col. 2.

Siquis uult. Spontanea ministeria Deus multum diligit. Exo. 25. Ab omni viro cuius cor sponte offert. fol. 277. col. 2. De hoc vide in fes. Purifici, secundum legem,

Post me. Iam ego præcedo ipsi me sequimi. Magna afflitorum consolatio, ducem præeuntem videre. Si me persecuti sunt & vos persequentur. De quo vide in fes. sancti Simonis & Iudæ. Non est seruus maior. Et Zach. primo. Notatur hoc diuina Hieroglifica vidi per noctem, & ecce vir ascendens super eum rufum, quo signatur passio Christi, in qua corpus eius rufum sanguine visum est

I N O L E A S T R V M:

est, & post eum equi rufi varij. s. maryres; & Apostoli. Et albi. s. Virgines. Ideo optimè Moeh. Exo. 33. petebat. Nisi facies tua ambua lauerit ne educas nos hi. ic. fol. 316. col. 2.

Et non odit, quædam sunt quæ alicui sunt opera pietatis in aliquo tempore, alteri vero pro alio sunt impietatis. Num. 6. Super patre suo & super matre sua. fol. 444. col. 1.

Qui non odit patrem. Quando scilicet nōs ad malum inducunt. Gen. 3. Ad serpentem Dominus. Inimici tuis ponam inter te & mulierem; fol. 30. col. 1. Et Deu. 13. Non acquiesces eis, neque audiés. fol. 389. col. 1.

Qui me erubuerit. Gaudet Dominus nostris professionibus, & protestationibus. Deu. 26. Dominum profsus es hodie. fol. 621. col. 1.

Nemo mittens manum ad aratum. Volunt impij quotidie nouum prælatū mutare, & illos eligere qui liberiorem vitam concedant. Nū. 14. Ponamus caput & reuerta. fol. 472. col. 1. Et Gen. 19. Mulier Loti respexit retro. Expende quid ei acciderit. Ose. 9. Reuersus est Esraim in Ægyptum. Vide Prophetam:

D e sanctis post Pascha.



Ite me nihil pot. Docemur hic quælia sint opera nostra, absque Dei ductu, atque spiritu. Gen. 1. Terra fuit uia

E L E N C H V S

na, & vacua. fol. 12. col. 1. Et Exo. 32. *Fac nobis deos qui nos præcedant.* Vbi admonemur nihil sine Deo faciendum. folio. 309. col. 2. Vide Zach. 10. *Ex ipso angulus, ex ipso paxillus.* Vide Do. 4. post Penthe. *Pertinaciam.*

Vos mundi estis. Audis hic quales Deus velit ministros suos esse nempe mundos, & ab omni labore separatos. Exo. 19. *Eritis mihi regnum sacerdotale* fol. 243. col. 2. Et ibi. *Eduxit Moses populum in occursum Dei.* Vbi docetur pastores, populum mundum deo que acceptabile, ei offerre. fol. 244. col. 2.

De pluribus marty.

 *Abscondisti a sapientibus, & reuel.* Vide fer. 6. Post. 2. Domini. quadra. aufere tur a vobis reg.

Abscondisti hec a sapientibus. Sua culpa scilicet, vt enim ait Job. 24. *Vere Deus non condonabit frustra.* Vide locum. Iustificat enim Deus causa misuam. Vide Domi. 7. post Pen the. excidetur & in ignem.

Omnia mihi trad. Venite ad me. Ad hoc potens sum, vt omnibus benefaciam, & omnes ad me recipiam. Vide in fef. Trini. Data est.

Reficiam vos. Non reficit vos cibus absque me ego sum qui vere reficio. Leui. 26. *Come detis & non saturabimini.* fol. 422. col. 1.

Tollite iugum meum. Sunt subditi qui arbitrantur

I N O L E A S T R V M.

trantur præcipientes eos odio habere, quasi qui libertatem eorum restringat se seque minus liberos arbitrentur, si superioris præcepto præpediantur. Gen. 3. *Ira, quia dixit Deus, non comedetis.* fol. 28. col. 1.

Onus meum. In singulari. At in lege veteri vocabantur onera. Mat. 23. *Dñs ipse dicit ali gant autē onera grauia & importabilia, & imponunt in humeros hominū.* Sed hic vocatur & est onus, & leue, quia ibi timor, hic autē amor. Vbi expēdas oportet, amoris, & timoris discrimē. Amor ex multis præceptis, immo extota lege vnum præceptum & leuissimum facit, timor vero, ex uno multa. Ge. 3, mulier ex uno multa fecit. Dicit enim ad diabolum. *Non comedetis, nec contingetis eam.* fol. 28. colum. 1. Sic Iohan. 14. *Siquis diligit me sermonem meū seru.* Vide in fef. Penth.

Et onus meum. Quia onus multi audiunt. Se qui nolunt. Detestātur homines doctorem astrin gentem. Vide in fef. Vnius mar. quis.

De mar. descendēs Iesus de monte.

 *Ascendens de monte.* Vide Domini. 3. Post Epipha.

 *Eleuatis o. in discipulos.* Non sunt secreta Dei statim omnibus reuelanda, sed maiori bus, & prouestioribus, vt per eos ad minor es res deueniat. Exo. 4. *Congregauerunt se-*

E L E N C H V S

ges. fol. 198. col.2. Vide in fes. sancti. Petri;
Quia caro & sanguis. Et Iosue VI. Sic fecit
cum voluit enarrare mirabilia Dei . Et Exo.
19. Vocavit seniores populi, fol. 243.col.2.

Elevatis oculis. Beati pau. Seruat Dominus gra-
uitatem suam, ut populo locuturus , non ad
eum , sed ad suos prius sermonem dirigat sic
Exo.16. Locutus est Dominus ad Moysen. fol.233
col.2. Et multis alijs in locis. Et cap.19. Ascen-
dat ad dominum. Et Non poterit populus ascendere.
fol.244.col.2.

Elevatis oculis. Domini modestia in elevan-
dis oculis expende. Sic Iohan. 6. cum suble-
uasset oculos Iesus. Vide ibi Do. 4. quadra-

Multitudo languentium. Sicut homini assues-
to peccatis, diabolus semper occasionem of-
fert, quo nefanda desideria possit explere, ita
volenti facere bonum , Deus materia obiectis,
qua bonam voluntatem possit perficere. Sic
Gen.18. Ecce tres uiri stabant iuxta eum. fol.90.
col.1. Et.19. Viri Sedon circuicrunt circa domum
puero usque ad senem. Sicut enim iusti semper
inquirunt virtutis exercitium , ita nefandi
materiam vitiorū. fol.93.col.2.

De marty. Math. 10. & 23.

Nolite timere. Considera Domini dili-
gentiam, & qualiter curat suos secu-
ros reddere, Vbi viderit eos maximā
timendi

I N O L E A S T R V M.

timendi habere rationem. Num.21. Ne timeas
eum,quia in manu tua dedi eum. fol.504. col.2.

Hunc timete. Licet homines timeatis, magis
huc timete qui potest &c. Nō omnino timo-
re impūcto tollere vulnus, quo docētur noui pre-
lati, qui impūcto omnia mutare, & emendare
volūt. De quo vide in se. S. An. faciā vos fieri.

Nolite timere eos qui occidunt corpus ani. Cum
periculum nobis imminet, quæ viliora sunt,
præmittere debemus sicut fecit Iacob, qui
Liam præcedere voluit, cum fratrem tuuit.
Gen.32. Et cap.8. Noe. Misit corum. fo.59.co.1

Vestri capilli cap. Omnes numerati sunt. Con-
querūtur sancti quod Dñs nō videat, nec cō-
sideret labores illorum. Sed perspicaciōculo.
Dñs vt hic vides, illorū cuncta rimatur. Deu
2. Non uit ambulare tuum per desertum. fol.559.co.1.

Vestri capilli. Summam Deus suorum cu-
ram habet. Gen.31. Venit ad Labam nocte. fo.127
col.2. Vide fer.6. post.4. Do. Amicus noster.

Vestri cap. omnes numerati sunt. Quid tibi Do-
mine & capillis nostris? delectature enim Do-
minus videre figuram, & dispositionem quā
fecit ipse Leu.19. Non incircuitu tondebitis extre-
mitatem capitū vestri. fol.394.col.1. Vide in euā
gelio sequenti.

Vestri capilli. Non putent iusti, se a domino
in medijs tribulationibus derelictos. Gen. 8.
Recordatus est Dominus Noe. fol.59.col.1.

E L E N C H V S

De eisdem. Cum audieritis
prælia. Luc. 21.

Regnum aduersus regnum. Quantam cōunctionem & amicitiam inter principes esse debet, & natura & fides docent. Nunc uero pro dolor multi ita dissidentiis sunt. Num. 7. Plaustrum a duobus principibus. fol. 446. col. 2.

Pestilentia, & fames. Si me Deus desiderat, ut soli boni in mundo sint, qui ei dum viuunt, seruiunt, & administrant. Malos vero cupit e mundo eliminari. Ad hoc pestes, ad hoc fames. Num. 26. Et fuit post plagam dixit Dominus ad Moysch leuitate summam. fol. 525. col. 2.

Dabo uobis os, & sapientiam. Solum in potestate Dei est, sapientes facere. Gen. 41. Res mouit annullum suum. fol. 153. col. 1.

Dabo uobis os. Curæ pijs debet esse exequimandata Dei, & non curent prælia. Vide in die Epiphia. Cum audissent regem.

Trademini, sed capillus, & in paciē. Omnia cōuertentur in bonum. Vide Domi. tertia post Pasch. tristitia vestra. Et ipsi poenas dabunt. Exo. 4. Ecce ego occido filium tuum. f. 198. c. 1

Capillus de capite uestro. Ecce qualiter Deus cures iustos. Ut non permittat capillum perire. Gen. 3. Jacob. Non permisit eum Deus mala facere

I N O L E A S T R V M.

facere mihi. folio. 127. columna. 1. Et Exo. 9. De peccoribus filiorum Isr. Non solam curat Deus suos, sed etiam ipsorum res. fol. 210. columna. 1. Et cap. 11. Et in filiis Isr. non mutiet canis. folio. 214. col. 2. Et c. 19. Tuli uos super alas aquilarum. fol. 243. col. 2. Et Nam. 3. Iumentum leuitarum. fol. 432. Et Gen. 8. Et omnis bestia. folio. 59. col. 2. Vide de hoc fer. 4. Post. 3. Dominicā quadrag. quare & vos.

Capillus de capite uestro. Quā pulchra & præciosa sit in oculis Domini, hæc nostra terrena habitatio, & compositio, ostendit locus iste. Licet spurca, & fæla impijs, & his qui sola terrena sapiunt videatur. Num. 24. Quidam pulchra sunt taber. tua. fol. 519. col. 1.

Capillus de cap. Mirum est quam minutissima Deus piorum curet. Num. 33. Illæ sunt profectiones filiorum Isr. fo. 1. 544. c. 1. Et Gen. 7. Dixit Dominus ad Noe ingredere tu. f. 53. Et Deu. 32. Circuire fecit eum. Et quæ sequuntur. folio. 640. col. 1. & .2.

Tradent uos, sed capillus dec. Vbi docemur non possepios vñquam concludi, licet malis hoc videatur. Exo. 14. Nam dicit Parhoh. folio. 226. col. 1.

Capillus de capite uestro. Ecce quo pacto Deo, suorum res curæ sint Gen. 16. Reuerte re ad dominam tuam. folio. 85. columna. 2. Vide fer. 4. Vbi supra.

E L E N C H V S
De Confessore Pontifice.

Abijt in regionem long. Multi sic operantur ac si Deus abesset & nostra non vidisset. Sed qui cordis inspectator est, non relinquet haec impunita. Leu. 6. Anima si peccauerit, & preuaricata fuerit. fol. 349. col. 2.

Abijt in reg. longinquum. Sunt multi qui leges Domini negligunt neque curant nisi ubi aliquis est, qui minis ac terroribus, exigat illarum obseruantiam. Leu. 23. In cunctis habitationibus uestris. fol. 409. col. 1.

Abijt in regionem long. Maxime cauendum est, ne ita peccare contingat, ut credas Deum tua non curare, ne Deus erga te sic se habeat, qualem te exhibes erga eum. Leu. 26. Si ambulaueritis mecum ex aduerso, ambulo ego. folio. 422. col. 1.

Nolumus hunc regnare super nos. Impij nolunt principem, aut iudicem super se habere, ma- laque sua impunita fore desiderant. Exod. 2. Quis te posuit uirum principem, & iudicem? fol. 191. col. 1.

Nolumus hunc reg. Dignus est ut seruum amittat, qui eius superbe dominatur. Qui natura, par Domino suo est. Exod. 18. Eo quod superbe egerunt contra eos, folio. 240. column. 2.

Nolumus

I N O L E A S T R V M.

Nolumus hunc regn. Ägre valde fert Dei minus eius beneficia a nobis non estimari, Et alia maiora reputare. Numerorum. 11. Pulus. Melius nobis erat in Ägypto. folio. 463. column. 1.

Nolumus hunc regn. Consuetum malum est, subditos quotidie velle nouum prælatum habere. Non tam volentes Dominum non habere, quam saltem mutare. Semper ventura meliora futura existimati. Et toto cælo errat, nam plerumque falluntur. Numerorum. 14. Ponamus caput, & reuertamur in Ägyptum. folio. 471. col. 1.

Nolumus hunc regn. Adnota hoc malum feti rebines subditos inuasisse, vt arbitrentur, precipientes, eos odio habere. Sic Genes. 3. Ira quia dixit Deus, non comedetis. folio. 28. column. 1.

Nolumus hunc regn. Disce tu, qui subditum haec audis dicentem, & contra prælatum ob murmurante, non eum irritare, aut exacerbare aduersus Dominum. Sed potius delinire, & adhortare vt ad Dominum reuertatur. Sic Gen. 16. Angelus ad Agar. Reuertere ad dominam tuam. fol. 85. col. 2.

Vocauit seruos suos. Vocare est eligere. Rom. 1. Paulus vocatus Apost. Vide in fest. S. Barto. vocauit.

Vocauit seruos suos. Ut scias quomodo sit

E L E N C H V S

sit vtendum donis Dei ideo coram se illos vocat. **Deu.14.** Comedes coram Domino Deo tuo. fol. 591.col.1.

Dedit bona sua & peregit. Vult Dominus seruos suos probare an sint fideles. **Gen.2.** Exigit no scientia boni & mali. fol. 2 . col. 1.

Dedit bona sua. Omnia, sua iustio tradit. **Gen. 39.** Omnia sua dedit in manu eius. fol. 147. col. 1. Sic pau. 1. **Cor.3.** Omnia vestra sunt tue Paulus, sive Apollo, &c. Et ipse Dominus tuus est, ideo dicebat de ipso Zach. 9. Rex tuus venit tibi. Ut dicit Iohan. 12. Et se ipsum homini tradidit pro sui reparatione. Vnde dedit. Secundum propriam uirtutem. Quos Deus dabitibus, & gratia euehit, exaltet princeps. **Gen. 41.** Nunquid inueniemus tales uirum? folio. 153. column. 1.

Dedit bona. Huius modi principes, nihil gratis suis donant. Sed semper aliquid emolumenti ab eis volunt, aut ministerij. **Gen. 47.** Constitue eos principes. fol. 265. col. 1. Non sic autem Dominus qui talenta dat, omnia nobis donat, & gratis donat. **Gen. 1.** Ecce dedi uobis omnem herbam uirentem. fol. 13. col. 2. Paulus Eph. 2. Gratia estis saluati. Qui ultimum finem scilicet salvationem gratis dat, consequitur quod cetera omnia quae media sunt ad finem, tribuat gratis. Et Iohan. 3. Sic Deus dilexit mundum ut filium suum unigenitum daret, nota daret. Dedit

I N O L E A S T R V M.

Dedit quinque talenta. Optima res, ut principes dent minoribus, quo possint vitam sustentare, & aliquid lucrari. Ibi. capit. 47. Joseph ad populum. Ecce do uobis semen. fol. 165. col. 2.

Negociamini dum uenio. Dum absens sum, vestrarum volo videre diligentiam, & fidelitatem. Sed mirum valde est, quod hodie omnes serviamus ad hominis oculum, paucissimi vero ad oculum Dei. **Gen. 11.** Descendit Dominus ut uidetur ciuitatem & turrum. folio 71. col. 2. Et Gen. 17. Ambuli coram me. Licet absens sim sic viue, & conuersare, quasi si coram te semper ad essem. fol. 87. col. 1.

Abscondit. Qui non curat aliena, perdit propria. Sibi maximum malum paravit, dum curat nihil Domino lucrari. **Gen. 38.** Cognovit Onan non ei fore semen. fol. 145. col. 2.

Lucratus est alia quinq;. Et alter abscondit. Non crescunt, vel augmentur opes in manu impiorum. Quare si ditari cupis, iustis eas trade & videbis. **Gen. 39.** Ex quo eum præposuit domus sue. Benedixit Deus omnibus quae erat ei. folio. 147. column. 1.

Alia quinque. Tenetur homo Deo lucrari, & offerre quod potest. **Exo. 35.** Omnis sapiens corde. fol. 326. col. 1.

Abscondit. Solent præcipui artifices, sapientiam, & peritiam artis suæ abscondere. Nihil que quod in arte præcipuum sit alios docere. **Exo.**

E L E N C H V S

Exo.35. De Beselel. Et ad docendum dedit in corde suo. fol. 326. col. 1.

Timui te. Sequitur semper peccatores, pœnae merita pro peccatis timor. Qui sufficiens causa esse deberet, ad deterendum eos a peccato. Gen. 43. Timuerunt uiri. fo. 158. col. 1.

Serue nequam. Nullam accipit excusationem. Quia irrationabilis erat. Sunt legitimæ autem audiendæ, vt fecit Moyses Leuit. 10. Audiuit Moseh & placuit in oc. eius. folio. 360. columnæ. 2.

Auferte ab illo. Nihil suum vult Dominus habere apud peccatorem. Exod. 33. Moseh accepit tabernac. Et tetendit illud extra castra. folio. 316. columnæ. 1. Et Ose. 2. Idcirco conuertar, & sumمام frumentum meum, & vinum meum, et liberabo lanam meam. Quia omnia quasi captiuæ apud peccatorem erant.

Et quod habet auferetur ab eo. Hoc impios malum sequitur, quoniam nolunt dare aliena, cogantur præstare propria. Exod. 10. Etiam tu dabis holocausta. Qui nolebat vt secum ferrent boues. Qui dicebat, tantum pecudes vestras, & boues vestri, manebunt. folio. 213. columnæ. 1.

Auferetur ab eo. Sicut Deus a iusto nunquam munus quod dedit auferet, nisi ad aliquid maius prouehat. Sica malo & quod habet

I N O L E A S T R V M.

habet aufert, quia indigne habet. Numerorum. 14. Percutiam cum peste, & te faciam in gemitum magnam. folio. 472. columnæ. 2. De quo vide feria sexta post secundā Dominicā auferetur.

De eodem. Sint lumbi vestri.

 Int lumbi uestri præcincti. Necesse est doctores & pastores futura præuidere, vt scilicet prouideant malis antequam veniant Numerorum. 11. Separabo de spiritu qui est in te, & ponam super eos. folio. 463. columnæ. 1. Pharaon Gen. 41. futuram somniat famam.

Sint lumbi uestri præcincti. Christianum ut militem Christi in præcinctu semper bellum possum, accinctis lumbis iugiter oportet incedere. Sic Helias vt patet quarto Regum primo vir pilosus zona pellicea accinctis renibus. De Iohanne Math tertio Mar. primo zonam pelliceam ad renes habebat accinctam. Actorum decimo secundo ad Petrum Angelus, præcinge te. Esaïæ. 11. Signatur quale cingulum debeat esse. Erit iustitia cingulum lumborum eius. Vnde Genes. 49. Gad accinctus prelibabitur. folio. 173. columnæ. 1. Et Actorum. 21. De Paulo Agabus. Hæc dicit

E L E N C H V S

cit spiritus Sāctus, virū cuius est Zona hæc; sic alligabunt. Et Dominus ad Petru Iohan. vltimo. Alius præcinget te. Vide lib.i. coll. pa.c.2.

Et lucernæ ardentes. Vide in fest. S. P. Aug. Sic luceat lux vestra.

Expecta. Dominum suum. Vide Euangelium præcedens. Negociamini dum venio.

Sint lumbi. Expect. Summam diligentiam in rebus agendis Dominus in suis desiderat. Sic 4. Reg. 4. Heliseus ad Giezi. Accinge lumbos tuos. Et quæ sequuntur. Vide in fest. viii. Cū festina. Et Mich. 6. Et sollicitū ambulare cum Deo tuo.

Præcinget se. Cogitet qui solicitus est, in his quæ sunt Dei sui, Deum erga se & sua sollicitum habere. Exo. 34. Non concupisces ut irasceras tuam quando ascendes ut conspiciaris corā Deo tuo. fol. 323. co. 1. Et Gen. 45. Quia Ioseph quæ regis erant curabat, Regem sollicitum pro se habebat, dicebat enim. Dic fratribus tuis, onerate iumenta uestra. Et Capite currus de terra Ægypti, pro parvulis. folio. 162. col. 1. Et Maria intenta erat verbo Dei, sedens secus pedes Domini, ideo pro ea sollicitus est Dominus. Thobias quam sollicitus erat in his quæ Domini sunt, expende Dei sollicitudinem, qui angelū mittit, vt rata bona tribuat. Et Thobia in nuptijs discubente, angelus transiens ministrabat illi

I N O L E A S T R Y M.

illi, nam profectus ad gabellum, pecuniam accepit, & ipsum ad nuptias venire fecit. Cura tu quæ Domini sunt, & Deus tua curabit.

Et transiens ministrabit. Magna est dignatio tua Dñe erga tuos, vt quasi minister, eis in seruias. Luc. 22. Ego in medio vestrum sum tamquam qui ministrat, & Exo. 13. Non recedebat columna nubis. fol. 223. col. 2.

Vigilaret utique. Sunt multi qui utiliter admonent, considerare hominem nouissimum suum, ne in peccata labatur. Deu. 32. Utinā sapientes essent, et intellig. Et nou. fo. 641. col. 1.

Tanquam fur. Quando minus homines mor tem expectant, quando sicut alter Ionas dormiunt sopore graui, tunc Dominus ecce in ianuis adebet. Math. 24. Erunt sicut in diebus Noe comedentes & bibentes. Gen. 7. In anno. 600. Annorum uite Noe in mense. 2. Aliqui annū incipiunt a mense Septembri, & tunc mensis secundus est October, quando homines fructibus collectis in maximo sunt gaudio. Alij annum incipiunt a Martio. Et tunc mensis secundus est Aprilis, quādo omnia virescunt, homines que, gaudijs & vitijs habenas laxāt. Tunc. Rupti sunt fontes uoruginis. fo. 5. c. 1. & 2.

 E Euangeliō ecce nos reliquimus omnia. Vide in fest. S. Nicolai de Tolentino. Post festum Natiui. Sanctis famæ virginis Mariæ,

E L E N C H V S

De Virginibus,

Simile est regnum celorum. Necesse est doctores, & pastores futura prouidere. Vide sint lumbi vestri. Vide emblemata cui titulus princeps suorum incolumentem procurans, de Delphino.

Decem virginibus. Accepta fuit Domino semper virginitas, neque solum cordis, sed etiam corporis munditia illi semper placuit. Num. 31. Occidite omnem mulierem cognoscentem virum folio. 539. co. 2. Et Iud. 21. Iubentur, sex uari sole virgines. Cæteri omnes, sine delectu, in Tabes interficiuntur sunt. Et Leu. 21. Super sorore sua virgine. Plurimum semper detulit virginibus Deus, etiam si sola carne virgines essent. fol. 400. col. 2.

Accepérunt oleum. Rigidus valde est Dominus in vindicandis peccatis nostris, ideo illi oleo occurrebat, ut mollis fieret, & misericors. Leu. 14. Sparget de oleo septem uicibus carnem Domino. folio. 374. co. 1.

Quinque fatigati. Fatus est qui non sibi prouidet in futurum, tales fuerunt Ægypti, qui tempore fertilitatis comedenter & biberunt, nihil curantes de futura & prænuntiata fame. Prudentum enim est, in tempore abundantia, seruare ad tempus penurias Gen. 41. Erit

I N O L E A S T R . V M .

eibus pro septem annis famis. folio. 153. col. 1. Et Deu. 32. Utinam sapientes essent. fo. 641. col. 1. Vnde Seneca. 4. De virt. Si prudens esse cupis, in futura prospectum intende.

Dormitauerunt omnes, & dormierunt. Quasi dicat prudētes dormitabāt stultæ vero dormierunt. Sicut si dicatur omnes currūt, & legūt. quod quidā illorum hoc, alteri illud faciunt. Dormitare est eorum qui solum caput mouent. (Quæ cabecian.) Dormire est eorum qui ex professo cubant ut dormiant. Hoc malorum, illud bonorum est. Boni peccantes venialiter dormitant, mali vero mortaliter peccates dormiunt. Qui enim (Vt ait Apostolus. 1. Tes 5) dormiunt nocte dormiunt. Suos non vuist Dominus dormire, sed vigilare, dormientes enim, excluduntur; quia parati non inueniuntur. Qui enim solum dormitant facile excitantur. Qui vero dormiunt difficiliter. Num. 1. Lenite per girum tab. figent tentoria, ne fiat indignatio. Excecabunt in custodijs tab. Expende excubab. ne fiat indignatio. folio. 430: cda. lamna. 1.

Moram autem faciente, dormierunt omnes. Vt dicitur Job. 24. Dedit ei locum ptenitentiarum, & ipse abutitur eo in superbia, oculi autem eius sunt in vijs illius. Expectat Dominus hominem, ut melioretur, & ipse tempore, & opportunitate abutitur.

E L E N C H V S

Gen. 6. Non litigabit spiritus meus in homine. folio. 48. columnna. i. Vide literā. Et Luc. 12. Ille qui dicebat moram facit Dns meus, & cōp̄it percutere seruos. Ideo ibi in Gen. Erunt dies eius centum viginti anni.

Media nocte. Suos hostes Deus in cautos caput, quo durius puniantur. Exo. 12. Fuit in media nocte. folio. 221. columnna. i. Esa. 15. Onus Moab. Tristis prophetia quia nocte vastata est Ar. Et ibi. capit. 21. Onus deserti maris, sicut turbines ab Africo veniunt. Pli. lib. 2. ca. 45. Et Pomponius. li. i. capite. 8. Dicunt quod in illa prouincia Cyrenaica ita regnat ventus fortis, quod montes arenæ ab una in asiam transire faciunt partem sub uno. Ita videntur Heirodotus. Quod exercitus integer ad debellandos Ammonios pergens, in momento ab arena, (aere ex sufflante) sepultus est, nec uno relicto. Quo sanctus Propheta admonet homines, ne ita incauti pereant. Et sequitur Babilon dilecta mea posita est mihi in miraculum. Et loquitur de Balt. Rege Babilon. De quo Dan. 5. Qui subita visione captus est. Sap. 18. Cum quietum silentium tenerent omnia. Durus debellator. Loquitur de loco Exod. 12.

Media nocte. Dies Domini tanquam fur in nocte veniet. i. Tes. 5. Vide in Euang. sint lūb. tanquam fur. Apo. 3. Esto vigilans si ergo non vigi

I N O L E A S T R V M.

vigilaueris, veniam ad te tanquam fur, & nescies qua hora veniam ad te.

Ite potius ad uidentes. Non festinant mali, nisi cum iam fere nulla est spes salutis, tūc ad p̄oenitentiam, & sacramenta currunt. Exo. 10. festinauit Pharaō. folio. 213. columnna. i. Et. 4. Reg. 3. Cum præmerentur siti & malis. Venit filius Achab ad Heliseum. Ad quem, propheta. Quid mihi & tibi est? Vade ad Prophetas patris tui. Deu. 32. Iuxta est dies perditionis & adesse festinant tempora. Vbi sunt dij eorum? Surgant & oppitulentur vobis. Et in necessitate vos protegant. Hoc nobis sufficiere deberet ad mundum, & vana relinquaenda. Quod scilicet videamus nullum illorum posse nos eruere de manu Dei. fol. 641. columnna. i. Et. 1. Regum. 12. Samuel ad populum. Nolite declinare post vanam, quæ nō prodierunt vobis, nec eruent vos.

Ite potius ad uidentes. Virginem dici, & oleū non habere, idest christianum esse, & opera non habere, monstrum est in natura; & abominabile Dño, sicut animal simul volans, & reptans. Leu. 11. Omne reptile volans ambulans super quatuor pedes, abominatio est vobis. fol. 363. col. 2.

Nescio vos. Cauendum valde est ne cum ad vitæ ingressum peruerteris, moriaris; neque tibi ingredi permittatur. Sic Numeror. 26.

E L E N C H V S

Inter istos non fuit quisquam de numeris Moseb. fol. 110.516. col. 1.

Nescio nra. Quos vult esse a regno repulso, dicit se non cognoscere. Hoc malū enim peccatum habet, & sequitur, quod faciat peccatorem quasi a Domino ignorari. Non quod non cognoscat, sed nescire dicitur ut faueat. Gen. 3. Ad Adam Dominus. *Vbi es tu?* fol. 29. columnā. 1. Et Gen. 18. Videbo an secundum rū morem eius. Quasi ignorasset. fol. 89. colu. 2. Bonos vero familiariter cognoscit, & ex nomine. Exod. 31. Vocauit ex nomine Befelel. fol. 303. col. 2. Et 33. *Et tu dixisti nouite ex nomine.* fol. 110. 316. col. 2.

Et clausa est Ianua. Omnis remedij & salutis scilicet. Sic Gen. 7. Et clausit Dominus circa ipsū sum. fol. 52. co. 1. Vide. s. Cypria. cōtra Demet. circa finem. Vbi late agit, quod in isto mundo adhuc manenti, nulla p̄nitentia sera est.

Dominē Domine aperi nobis. Iam vocant Dominum, nomēa timoris, qui antea sponsus dicebatur. Exod. 4. *Sponsus sanguinum tu mihi.* folio. 198. columnā. 2. Sic Math. 7. Dominē in nomine tuo &c. Et Baruch. 2. Auferā a vobis, vocem gaudij, & iocunditatis vocem spōfi, & sponsa. Dominus seuerus erit tibi, vel sponsus sanguinum, quia oleum habere noluisti.

Simile

I N O L E A S T R U M.

De Viduis.



Imile est regn. Nullum Deus non mo- uet lapidē, vt hominem ad bonū, & perfectū perducat. Nunc parabolam ponit pro incipiētibus de grano synapis. Sta- tim pro proficiētibus De zizania. Hodie pro perfectis. Vide in fest. S. Micha. Expedit.

Emit agrum. Ut Thesaurū haberet. Quoniā omne quod nascitur in fundo meo, meū est; Exo. 21. *Vxor & filii erunt Domini.* folio. 252. co- lumna. 1.

Qui profert de Thesauro suo noua & ne. Qui non solum præsentia s. narrat, sed etiam præ terita. Deu. 2. Emin antea habitabant in ea. folio. 559. col. 1.

Segregauit malos. Non agnoscentur, nec numerantur inter bonos mali, sed segregabun tur. Num. 26. Et fuit post plagam dixit Dominus ad Moseb. fol. 525. col. 2.

Mittet eos in caminū ignis. Solet Dñs suis in communiquerū perturbatione, tranquilitatē promittere. Vide. Dom. 1. adue. leuate.

De Dedicatione templi.



Scendit in arborem, ut uideret. Admini- rabilis res valde impījs iustus. Cōside- rat enim ordinē vitæ, morū composi- tionēs.

E L E N C H V S .

tionem, & virtute admirantur. Num. 23. Quia de uertice petrarum videbo illum. folio. 513. columnaz.

In domo tua oportet me ma. Et continuo dicit. Reddo quadruplum. Nō moratur Dominus inter impios, dum sordeſcunt. Quoniam aſcendibus abhorret. Sic Exo. 29. Dominus Eduxi eos de terra Aegipti, ut habitarem in medio eorum. fol. 297. column. 1. Et ibi. Conueniam ibi cum filiis Isr. Fælix qui Dominum hospitem recipit. Et vicinum habet. Vide in fest. S. Iohan. Audierunt vicini.

Reddo quadruplum. Restitutionē faciēdā. Esse docet, eorū quæ ab aliquo inuite abstulimus. Gen. 2. Clausit carnem pro eo. fol. 22. col. 2.

Si aliquem defraudauī. Gerit iste personam eorum, qui cognito, se aliena detinere inuitō Domino, restituunt. Alter ille dicebat Gen. 21. Non noui quis fecit. fol. 99. col. 2.

Reddo quadruplum. Nobis consulimus, si nos peccatores pœnæ offeramus. Sic Gen. 43. Etiam serui sumus Domini mei. fol. 159. col. 2.

Reddo quadruplum. Nihil reliquiarum peccati, quod nobis scrupulum generari possit, apud nos debet remanere Gen. 43. Et pecuniam duplice. Quoniam in ore sacerorum pecuniā inuenierant, lanctus senex suum, ynicuique restituui voluit. fol. 0. 157. col. 2. Multi aliter hodie faciunt, qui si errore aliena sustulerunt, etiam

E L E N C H V S

etiam cognita fraude, restituere negligunt. Et Leu. 8. Combūſit igni extra caſtra. fol. 355. columnaz. 2.

Si quem defraudauī. Et cognoscit se peccatorem, & satisfactionem facit. Vide Domi. Deus propitius esto.

Si quem defraudauī, reddo quad. Etiam post restituta ablatā, resarcienda est iniuria. Num. 5. Restituet delictum suum in forte eius, & quintā partem addet super illam. fol. 439. col. 2. Et Leu. 6. Et Oblationem pro delicto adducet Domino. Quoniam peccata quæ in proximū fūt, Domino iniuria sunt. fol. 349. col. 2.

Hodie pax huic domui. Gratitudinem Domini expende, quia recipitur in domo, omnium. Dominus. Ut nos gratitudinem doceat habere. Gen. 2. Benedixit Deus diei septimo. fol. 21. col. 2.

Pax huic domui. Considera obſecro quod bona, acquirat vno opere bono. Vide Domi. 10. Deus propitius.

Reddo quadruplum. Ideſt statui facere. Malti multa promittunt, cum a Deo visitantur vel flagellātur, sed si flagellū auferas, omnia mentiuntur. Sic ille Pharao. Exo. 9. Orate Dominum ut non sint tonitrua, & dimittant uos. fol. 210. col. 2.

De mortuis.

FLENCHVS

VI credit in me non morietur. Boni
semper vivunt mali semper moriun-
tur. Bonorum mors vita etiam est.
Gene. 4. Numerantur aliquæ generationes
Cavn, & ca. quinto generationes Seth. & horū
numerat annos, & mortem. Illorum vero
Ium horum, ac si ad sanctam, scripturam, &
Deum ipsum non pertinenter. Gen. 5. Hic eß
numerus generationum Adam. fol. 41. col. 2. De
Hoc vide. Fer. 6. Post. 4. Domi. Quad. Vt a
sonto exc. Vide Domi. 15. Post Penth.
ecce defu. Et 23. Non est mortua

Panis quem ego dabo. De hoc vide in festo
sacramenti.

Vt omnes qui in monumento sunt. In scriptu-
ra simul coniunguntur, resurgere a peccato
& a sepulchro. Sic Eph. 5. Paulus, exurge qui
dormis, & illuminabit te Christus. Hieron. Di-
cit quod ille mortuus est Christus, ubi sepultus
erat Adam. Expende quod vt te ex sepulchro
educerem (a t. Dominus,) & carnem tuam &
animam resuscitarem, necesse fuit vt ego
mortem subire. Vide o homo quanti Deus
te emerit. Eadem Deus potentia suscitat ho-
minem ex sepulchro, qua educit animam a pec-
cato. Exo. 15. quis similis tui in fortitudine Domini
Dux fuitum misericordia tua, populo quem
redemisti. Et portasti eum in for. tua fol. 229.
col. 1. Abac. 3. Cornua in manibus eius, ibi ab-
scindita

IN OLEASTRVM

scindita est fortitudo, ante faciem eius ibit mors
& diabo. nota cornua, omnem suam potestiam
Deus ostendit in peccatorum a peccato extrahe-
do. De manibus catulorum leonum eripiendo.
mors. i. Daemon vrens, pestis. Ita Deu. 33. Ac-
cultur pro morbo a durenti. Ante faciem &c.
ligata catherinis tanquam de ipsa triumphans.
De hoc enim canit sanctissima virgo, Fecit
potentiam in brachio suo, vt scilicet hominem
a peccato extrahat, & a morte.

Qui Credit in me non morietur. q. d. Liberabi-
tura morte. Mali vero non liberabuntur ab
iota. Apo. 2. Desiderabunt mortem scilicet ut
finem pacienti faciant. Sic. Gen. 5. De bonis
& mortuus est, q. d. iam illi ultra mors non
dominabitur. Hic est numerus generat. folio. 41.
columna. 2.

Audient vocem filij Dei. De resurrectione a-
nimæ intelligit. & etiam de resurrectione cor-
porum. Si artifex de cineribus arborum, vel
herbarum vitrum purum facit, & fractum
vitrum liquefacit, & reformat; & de metallo
imaginem hominis facit. & de terra ferrum edu-
cit. Quid mirum si summus artifex hoc fa-
ciat de corporibus hominum? vnde Pau.
Saluatorem expectamus. d. n. qui reforma-
bit corpus humiliat. Vide in festo sanctissimi
Laurentij. Multum fructu affert ex. Deu.
4. Eduxit nos ex fornace ferrea. Ad rugitum
Lence

E L E N C H V S.

Leenæ suscitaneur leunculi; quid mirum si
Dei voce mortui suscitentur? si etiam semi-
na mortua & purificata naturæ virtute viui-
ficantur, cur non Dei virtute & voce &
animæ & etiam corpora mortua viuiscabun-
tus? 1. Cor. 15. In spensi tu quod seminas non
vivificantur nisi prius moriatur. Vbi multis
rationibus hoc probat sanctissimus Apo-
stolus Paulus.

De hac materia vide auctorem, Num. 20.
Vbi agit de Morte Aaron. Late agit de se-
pultura mortuorum, & de fletu in morte suo
rum, & maiorum.

L A V S D E O:



B A R C I N O N E
Ex Typographia Iacobi Cendrat.
Anno M. D. LXXXVIII.